

OPVSCVLVM PHILIPPI BERO/ ALDI De Terręmotu et Pestilen/ tia / Cum Annotamentis GALENI.



AD MAXIMVM ANTISTITEM. D. ERASMVM Vitellium Episcopum Plocensem Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola.

h Omines ego illos beatos puto / Qui intus forisq; sunt splendidissimi / in q/bus et interiora et exteriora ornamē/ta Collucēt: quorū uirtuti fortuna coniuncta ē. Quo in numero Tu cumprimis Maxime Anti/stes es percensendus / in quo et corporis et ani/mi ac fortunę bona conspiciuntur. Siquidē mē/brorū cōpactione es decorus / Fortunis opulen/tus / maiestate episcopali uenerabilis / uirtute cul/tissimus. Et cū religio atq; doctrina nodo pul/cherrimo inter se copulatę consocientur / tāq; be/ne cōueniāt / q̄ bene gēma auro cludit᷑ / Rosę lili/is contexuntur / in te cōnexio ista Religióis atq; doctrinę tam decora tam lucida / Adeo decenter splendicat: ut flos disertorum / gēma sacerdotum esse uidearis. nec ĩmerito / Religio enim / qua cō/stat uita mortalium / animos nostros omni ui/tiorum labe detersa Defecat emaculatq;. Doctri/na exornat et excolit: Sine qua nihil satis ornatū nihil satis cultū eē potest. Tu cum probe scires claritudinem natalium parū claram esse sine Ra/diatione doctrinę / nitorēq; familię paꝝ nitesce/

Laus episcopi plocēsis.

Gēma sacerdotū.

re sine fulgore uirtutis/nō tam prosapię tuę splē/
dore/quę tibi in Polonia honoratissima ē/q̄ Ra/
dio litterarū illustrari uoluisti.quę te clarū fauo/
rabilem mōstrabilem apud polonos tuos et im/
primis apud Inclytissimū Lithuanię ducē Ale/
xandrū effecerūt/qui cū te ex uirtutibus cerne/
ret esse cōpactū/te ex oibus potissimum delegit
quo Archigrāmateo/Quē secretariū uulgo no/ archigrā/
minitāt/et cōsiliatore peculiariter uteret̄: Et p̄fe/ mateus.
cto ut īquit uersiculus ille prouerbialis/Prīcipis
ē uirtus maxīa nosce suos: Princeps tuus utpote
prudētissimus circūspectissimusq; Tuā ī rebus
prīcipalibus obeūdis dexteritatē prudētiā erudi/
tionē solerter curioseq; p̄spiciēs/Te ex omnibus
unū existimauit eē dignissimū ualdeq; idoneū/
Quē legatū ad salutandū reuerenter et officiose
Pōtificē maximū Alexād℞ destinaret. Tu itaq;
iniunctā legationis honoratę prouinciā tā dili/
genter tā sinceriter tā eloquēter peregisti/ut ora/
tione luculēta et nitida summā a pontifice maxi
mo gratiā inieris/cui uel placuisse maximus est
honos.a quo iñ cōsistorio Cardinaliū Protono/ Protono
tariatus dignitate es decoratus. Interea cū nihil tari9a pō
semp floreat/cū ętas succedat ętati/et Rex Regi tifice fac/
substituat̄/In locū Sacratissimi Polonię regis Al tus.
berti/qui p id Tēpus decesserat/Cōcordib9 Po/
lono℞ suffragiis ingētiq; oium cōsensu Clarissi/

mus Dux tuus Alexander ſubrogatus ſuffec/
Alex. ſuc tuſq; ē/Idq; meritiſſimo. Quis enim cōmodius
ceſſit regi ſuccedere In fraternas opes poterat q̃ frater? quis
Alberto. honeſti9 i fraterno ſolio ſedere q̃ frater? Quis fra/
ternū ſceptrū decētius geſtare q̃ frater? Deniq;
quis fratri optimo maximoq; Regi liberis carē/
ti iuſtius fauorabiliuſq; ſubrogaretur q̃ frater opt/
timus Maximuſq; Alexander? qui cum ſciret
ſpecimen Regię maieſtatis Amplisſimū eē Au/
licos habere florētes/ſicut ipſe ad Apicis regalis
faſtigiū fuerat ſublimat9/Ita te quoq; poſt renū/
ciatā legationē uirtutis tuę p̃cellēris haud īme/
mor epiſcopali dignitate Cōdecorauit: Tibiq;
epiſcopatum plocēſem/quod ſane ſacerdotiū ſi/
Rex epi/ cuti ampliſſimū Ita opulētiſſimū ē/Cōdonauit/
ſcopatū Quē tu tñ/quę tua ē uirtus/ante merueras q̃ acci
dedit. peres. Et ſane nō plus epiſcopatui d̄bes/q̃ tibi de/
beat ep̄at9/nec plus ornamēti ex Ep̄atu accepiſti
q̃ abs te ep̄at9 accepit. Multi qdē ſt̄ Ep̄i ſed pauci
Epiſcopales hoc ē digni ep̄atu. Tu certe choro il
lo uirtutū Epiſcopaliū pulcherrimo ſtipatiſſim9
coronaris:quas tuba euāgelii apoſtolus Paulus ī
Virtutes epiſcopo depoſcit. Tu ſobrioſus/Tu morū p̄bi/
ep̄ales. tate mōſtrabilis/tu doctrinę honeſtamētis orna/
tus/Tu nulla ſuperbię labe decoloratus/nulla ira/
Ep̄s irre/ cūdię ſorde maculoſus. Deniq; ut uno uocabu/
p̄nſibilis lo multa cōplectar/tu irrep̄rēſibilis es/quod ſane

nomē ē absolutissimę uirtutis/Et cū hospitalitas deceat īprimis epm/tu hospitalissim9.et cū tabes auaritię pleraq; Antistites primarios īuadat/ac ueluti grāgrena p Prīcipes latissime serpat/ quoniā ut ait prudēti9 omne hoīnū rapit illa genus/Tu ab hac pestilenti tabe resiliēs/nulloq; neuo cupiditatis īfectus agis episcopū oī expte munificū ac liberalē. Tibi oblectamēto ē benefica erogatio existimasq; te nūq̄ magis nomina facere q̄ cum donas. Inde fit ut īter promystas pōtificesq; trāsimōtanos maxīe splēdescas/ut īter tuos diligaris Colaris honoreris. Imprimis Sacratissimus Rex Alexāder Te suspicit ac fouet/ animiq; tui pręcellentes dotes Regia caritate cōplectit᷑. Qui in presentia cū ex more īstitutoq; Regū christianoꝝ legationē honoratissimā ad sūmū pōtificē Iuliū Secūdū Reuerētissime salutādū/pstādāq; ut dicit᷑ obediētiā mittere uellet/stati ad te respexit/Teq; pręoībus unū pidoneū cēsuit cui tātū munus iniūgeret/et hāc honorificētiā deferret: Cui9 iā ī cōsimili negocio īdustriā fidē eloquētiā feliciter erat exptus. Tu itaq; legatiōis regię/Quę cultu uisenda/comitatu copiosa/ Diuitiis opulēta ad nos trāscūter accessit/Caput et columē/noīne Regis tui Solē terrenum hoc ē Pōtificem Maximum inter minora sidera hoc ē inter Cardinales radiantem Venerabundus adisti salutastiq; oratione/tam graui tam Erudita

Auaritia ut cancer

Liberalis eps plocē sis

Legationis regię columen

Orator apud pōtificem

Tam tersa / ut consumatus orator merito sis ui/sus : Et legationis Regię munus fauorabiliter obieris. Magnificum mehercule est ī cōsistorio Senatus apostolici in conspectu summi pontificis citra perturbationē dicere eloquenter copiose decēter. Magnum hoc ego duco probari maximo Sacratissimo Augustissimo prīcipū oīum

Terren⁹ Deus pōtifex.

Immo ut uerius loquar terreno deo. Qui cū ex ritu solēnitatis paschalis Rosam / quod ē pōtificiū īsigne spectatissimū / Dare soleat legato exterarum gentium honoratissimo / Eā tibi potissimū dono dedit. Qui honos quidā quasi cumulus accessit splendori tuę legatiōis. In qua obeūda cū hac trāsires tunc ego te officiose et reuerenter salutaui / sumq₃ abste benigne ac comiter acceptus / Qui cū sis Doctrina singulari prępditus Doctrinę ꝓfessores amplecteris ac foues. Est .n.

Rosa pōtificia

Doctus doctos amat.

ita natura cōparatum ut callens artis miret̄ artificē / ut eruditus eruditionis amet Antistitē. Tūc ego te / cū libellorū meorū studiosum cupidūq₃ cognouissem / Cōposui euestigio hoc opusculū Idq₃ nomini tuo nuncupatī dedicaui / Quod ut esse posset monumentū meę in te obseruātię numerosum atq₃ diuturnum / Curiose elaboraui ut ab Impressore elegantissimo Benedicto in mille Exemplaria uno quasi momento descriptum et formis excusum ederetur inuulgareturq₃ : Te

quęso Antistes maxime quę tua est in rebus omnibus. Comitas benignitasq; / ut munuscu/lum hoc litterarium hilari fronte / et obuiis ut aiunt manibus accipias. Quod te facturũ ha/beo persuasissimum. Scio enim apud Episcopũ opulentũ ac litteratum auro argentoq; pretiosi/us esse id genus Donationis / quę ex promptua/rio litterario depromitur: Quę sub incude Phi/lippea procuditur / sub qua fecundo sane opificio procusa ĩ hodiernũ sunt omnifarię doctrinę uo/lumina multiiuga. et in p̃sentia formatur magi/straq; arte expolitur opus multiplex / multifor/miq; cęlatura uariegatum / quod debeo et debe/re me clara uoce profiteor Clarissimo Amplissi/mo liberalissimo et omni cum honore mihi no/minando Ioãni Episcopo posnaniensi. meo / ut dicit' / Cõpatri: qui me anteq̃ nosset muneribus episcopalibus est prosecutus. Qui in Cõmatrẽ fuit oppido q̃ munificus / Ad quam expenitissi/mis usq; regionibus uasa argentea pretiosa trãs/misit / Cui tantum debeo / ut debitionem hanc dissoluere / ut hoc nomen expũgere / uno tantum modo possim / Chartaria scilicet remuneratione: Qua quidẽ utar nõ minus dilıgẽter q̃ libenter. Eaq; remunerabor munificentissimum Episco/pum posnaniensem. Quam ille sitiẽter expectat / Quã pluris scio faciet / q̃ persicã Gazam Cresiq;

Donatio litteraria

Laus epi posnaniẽsis.

diuitias. Verum ſicut animal quo maius eſt tã/
to diutius formatur inutero/ſic et opus litterariũ
quãto maius quãtoq; ſuccoſius/tanto exigit tẽ/
pora diuturniora: et cum ſat cito fiat qcqd ſat be/
ne fit/dabo operam/ut procraſtinationem remu/
nerationis ubertate compẽſem. Interea Tu An/
tiſtes Maxime cape uultu ſerenato libellum hũc
muſteum ſub tuo patrocinio editũ atq; ſub tuo
nomine inuulgatũ. Quo doctrina remotior cõ/
tinetur interioreſq; litterę explicantur. Quem
quęſo feriatus perlegas Cuius argumentum et
materiam ex titulo cognoſces. Vale decus An/
tiſtitum Et Philippum Beroaldum qui tibi de/
ditiſſimus ẽ/mutuo Amore Cõplectere/nec nõ
Edulia hęc noſtra Guſtato/quorum Adipata
condimenta hominem interiorem pinguitudi/
ne quadam ſalutari poterunt ſaginare.

REGESTVM

A.ii. B.iiii. C.iiii. D.iiii. E.iiii. F.iii. G.ii.

AD MAXIMVM ANTISTITEM. D. ERASMVM VITELLIVM EPI/ SCOPVM PLOCENSEM PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS OPV/ SCVLVM.

s

OLONEM ILLVM LE/
gum Atticarum conditorem/
quē inter septem sapientes grę/
cia concelebrat/demõstrasse olĩ
ferunt urbes nihil aliud esse q̄
humanarum erũnarum domi/
cilia: quibus luctus mœrores tristitię mortalium
quasi septis includerentur. Et profecto si iusti ra/
tiocinatores esse uolumus et rem ęqua lance per/
pendere/haud dubie iudicabimus nihil homine
miserius esse nihil calamitosius / qui tot morbis
corporis conflictatur tot animi tormentis affli/
gitur/qui tot turbinibus fortunę fulminantis est
obnoxius. Qui incendia naufragia p̄cipitia/tec/
torum lapsus/tremores terrę/sexcētaq; alia id ge/
nus pericula et si non semper patitur/tamen pati
potest. Merito itaq; celeberrimi dixere scriptores
parentem re℞ ac opificem naturam non tam ma/ Natura
trem homini esse q̄ nouercam. quę instar amo/ homini
ris plautini gustu dat dulce/amarum ad satieta/ nouerca.

tem usq; aggerit. Et cum in limine Iouis home/ rici duo sint dolia collocata/ Alterum bonorum alterũ malorũ/q̃ parce proh dolor mortalib9 bo/ na instillantur/q̃ large mala propinãtur. Hauriũt pleriq; oẽs ex cratera mœroris largissimo hau/ stu. paucissimi uero uix primoribus labris pocu/ lum dulcoris attingunt. Nec leticia quę homini rara contingit/ ullo est uel minimo mœrore pẽ/ sanda. Nec tanta est hilaritas ex cõmodis/quãta ex incõmodis męstitudo/nec tam fouet spes q̃ metus exterret/et quoniam cuiuis accidere põt/ quod cuiq̃ potest/Cũcta pauescim9/ad strepitus omnes exanimamur. Quędã interdum nos fri/ uola terriculamenta cõsternãt haud secus q̃ ele/ phantos illos Enormes porcina uox grunitusq; terrificat/et leones generosissimos animaliũ gal/ lorum cãtus et facies cristata perturbat. Quędã plerũq; nos merito torquent et exanimãt ac for/ midanda mole cõcutiunt/ut nuper Terremotus subitarii inopinatiq; totam Bononiam attonitã stupẽtẽq; fecerũt. de quibus nõ pigebit Copio/ sius differere / Cum suauis sit p̃teritorũ laborũ memoria/ut inquit Euripides . In qua quidem dissertatione cõpluscula digna Cognitu nec in/ digna relatu minimeq; p̃trita cõmemorabunt. Tu mõ/queso Antistes Maxĩe aurẽ nec minus animũ paulisp accõmoda/dũ oratio hęc nostra

Dolia duo.

Elephantos terret porcina uox.

Suauis memoria laboꝝ

Ad metas duas uoluptatis scilicet et utilitatis i/ defessa decurrat.

a Nno salutis millesimo quingétesimo quinto/ea nocte quá subsecutus é Dies diuo Siluestro dicatus / quę festiuitas pridie calendas ianuarii celebratur / hora circiter undecima subitari9 terremotus Cú sono terrifi/co factus cócussit urbé nostram. et cú omnia re/pentina atq; inopinata formidolosiora sint sóno cúctos sopitos excussit metuq; ac motu ingenti cósternauit / Ita tamé ut maior fuerit formido q̃ noxa/est mihi domus ut dissimili utar similitu/dine/similis grámaticę/quá Quintilianus dixit plus in recessu habere q̃ in fronte ꝑmittat. estq; instar hominú nó paucoꝝ/ Qui exteriori Cor/pore deformes animo sunt iteriore pulcherrimi/ Náq; pars ediú meaꝝ anterior Quę i uiá uersus spectat forisecus uetustá structuram represeniat/ Cú interior fornicata testudinataq; sit atq; om/ni elegantia recentiore perpolita. Ex hoc terrę/motu paries male coagmétatus in parte Anteri/ori iuxta tectú scádulare fragoré igéré corrués fe/cit/ Mox cú iá defúcti piculo eé uideremur cú ni/hil tale ápli9 cogitarem9/cú iá ciba nostra i uado salutis portuq; cósistere crederet/ecce tibi p9 tri/duú iter horá noctis noná ac decimá táto cú fra/gore táq; horrifico mugitu tota ciuitas itremuit

Dom9 si milis grá matice.

ut repente excussus somno id horę crediderim actum esse de mortalibus et res humanas cõplo/ratas : nãq; uisa sunt omnia perinde ac ruẽte cęlo collabi et uoratrinis hauriri/inter horrendos fra/gores attoniti metu oẽs torpere/usu auriũ q̃ ocu/loꝝ maiore ĩ tenebris uti/et cũ tenebrę quoq; ipsę formidinem augerent/in ore omniũ psalmi/p̃ca/tio religiosa oratioq; dominica resonare. Tũc cũ sonitu ruinaꝝ immenso Amplissima ac pulcher/rima domus Principum Bentiuoloꝝ/quę fabrili subtilitate/achitectronica dispositione/principali magnificentia elegãtiaq; certat cũ omnibus Ita/lię spectatis luculẽtisq; edificiis: ferme dimidiata subsedit ac solo ꝓstrata est. qui qdẽ fragor enor/mis: aures animũq; meũ quodam quasi ictu cõ/citatiore perstrinxit/cũ domus mea pene cõtigua sit postico ediũ Bẽtiuolaꝝ/quę ĩmunis et exors fuit huiusce calamitatis posterioris/cũ in priore parietario casu ꝑstricta sit. Ad hęc deoꝝ delubra nõ minus laxitate q̃ altitudinis fastigio uisenda magna exparte facta sunt hiantia atque rimosa. Cũprimis edes diui Iacobi Rimis patẽtioribus fatiscens adminiculis subnixa fulcit/Alia quoq; templa et p̃cipue duo duobus diuis Petro Fran/ciscoq; dicata laxis solutisq; parietũ cõpagibus hiare ac uitiũ facere ceperũt ĩ qbusdã fastigia ex summo in imũ prouoluta/fornices edificiorum

Domus Bẽtiuo/lorum.

Templa rimosa.

plurimorum/quos Plinius aduersus id diꝝ ma/
lum tutissimos esse autumat/ maxime obnoxii
huic periculo Extiterũt/Camini quos uocãt su/
pra culmina domorũ forinsecus eminẽtes ma/
gna exparte prostrati/ pĩnę quoq; murorum ac
minę complures ueluti succisę corruerunt/Illud
oppido q̃ mirũ dignumq; memoratu/in popu/
lo tã magno/in strage tã dira/ĩ concussione tam
enormi hominem neminẽ esse desideratum / ut
creditum sit Iram dei animantibus parcentẽ ad/
uersus inanimata deseuisse. Ex hoc secũdo Ter/
ręmotu tam uasto/tãq; formidãdo/Conuersi re/
pẽte sumus oẽs ad religionẽ. Ad auerũcandam
auertendamq; irati dei procellam:cunctorũ uo/
ta suspirabant. Indictaq; est supplicatio populo
uniuerso Circa religiosiora et maiestatis diui
nę referta delubra: Quę triduum Solẽni Cũ ce/
rimonia/et pręcatione Casta ac sanctitudine im/
polluta templatĩ celebrata Documento fuit ho/
mines tunc se mortales esse meminisse/Tũc de/
um maxime Reuereri/Cum aut periclitanť aut
periculo proximi sunt. Nã ut inquit non minus
uere q̃ decenter Silius/tãta adeo cum res trepidę
reuentia diuum nascitur. Et tunc pręcipuus Vo/
toꝝ locus est religionisq; memoria Cum pauor
spem Expectorat exanimatosq; cõsternat. Post
Terrificũ illũ terribilemq; tremorẽ singulis deĩ/

Supplica tio Tẽpla tim facta

Votorũ locus in pauore.

ceps noctibus minutę quędá concussiones factę sunt/quibus cubilia aut mouebantur/aut moueri credebant̃. Quod quisq; prout meticulosus erat aut ĩpauidus/ita uerbis tollebat ĩ mai9 aut eleuabat. Et adhuc mulieres non paucę ut pote natura pauidiores / existimãt per noctẽ toros intremiscere: Quarũ pectora/Cũ semel occupauit Pauor uix excutit̃. Per totũ fere ianuarium multi mortales sub cęlo pernoctarũt sub tẽtoriis quiescẽtes/rati id malũ libera cęli fide Caueri posse. Haud dubie ignari/ Quod inter cętera mala /Id ꝓpe solum sine effugio est. Et sane non parũ multis cõtigit ut fugiẽtes terrę tremorẽ ceperint tremore corporis intremiscere horrore febriũ Tussiculaq; conuelli / qđ morbi genus hibernũ cęlũ mansiones subdiales humorq; nocturnus uisceribus infuderũt. Clarissima prudentissimaq; matronarũ Zeneuera Bẽtiuola omni mibi cũ honore nominãda existimãs nihil tutius eẽ q̃ religiosa delubra nusq̃ se securius degere posse q̃ in sancto domicilio/delegit sibi mansionem temporariam apud sanctimõiales/qbus a cultu corporis xp̃i dei nostri inditũ ẽ cognomẽtũ. Quarũ habitaculũ merito dici põt /Semnon hoc ẽ sanctarũ feminarũ cõciliabulũ atq; Cenobion/ ubi honesta et casta animi corporisq; mysteria celebrant̃/ Quod sane tẽplũ intramuranũ ẽ magnitudine

Sub Dio pnoctantes.

Semnon

pulchritudine sanctitudine famigeratũ. Huc se/cessit pinde ac in securitatis diuersoriũ duab9 co/mitata filiabus / utraq; uidua / utraq; clarissima/ utraq; maternis uirtutibus respõdẽte. Quaꝝ al/teri Blanchę/alteri Eleanorę ẽ nomẽ. Vbi quo/tidie Matrõe sũmates et primarii Ciues Domi/nã inuisebant officioseq; ac reuerenter salutabãt. Inuisebat et maximus Princeps Bẽtiuolus sub/inde/felicissimi coniugii memor una cũ Clarissi/mis filiis: Hęc uel sola matrona mẽdacẽ quoti/die facit maximũ Philosophoꝝ scribẽtẽ in poli/ticis cõsiliũ eẽ fęminis Inualidũ/siqdẽ Zeneue/ra Bẽtiuola supra captũ fęminaꝝ ẽ prudẽs inge/niosa cordata. Quę nõ solũ ĩ domesticis nego/ciis curãdis ppollet/ Veꝝ ẽt ĩ reb9 publicis admi/nistrãdis ẽ circũspectissima. Pręterea comitate af fabilitate/ Dexteritate/breuiterq; choro uirtutũ/ Quę ĩ muliebrẽ sexũ cadũt Vndiq; stipata con/spicit̃. Qua nec Cornelia prudẽtior/nec Tanaql solertior/nec Liuia Augusta extitit fortunatior. Quã Deus optimus maxim9/quęso Sospitem florẽtẽq; una cũ illustrissimo cõiuge Clarissimis filiis/nobilissimis Nurib9/numerosis nepotibus In diuturna felicitate custodiat. Camilla Vxor mea ĩ tremor̃ terrę tã horrifico/In tãta sex9 utri/usq; formidĩe paꝝ uiriliter fortis et q̃dã aĩ teneri/tudine delicatior me rogauit ut Cubile cubicu/lũq; mutarẽ.

Laus Zeneuerę Bẽtiuolę

Et quia sũma ędium maiore motu naturaliter q̃ ima concutiuntur/ut somnũ caperemus in cubiculo inferiori. Ego cum sciam salutem uxoris a mariti salute pẽdere/et illius spiritũ in meo uerti/Incipio ut illi cõsulam/mihi quoq; consulere. Et quoniam ego ab illa non impetro ut pristino Cubiculo utamur/a me impetrat illa/ ut descendẽtes in cubiculo inferiori quietẽ capiamus:indulgẽdum est enim Honestis affectibus/et obsequẽdũ uxori plerũq;/Qua cũ concorditer uiuas. Quę maritũ amore casto et sincero cõplectitur/mecũq; certat certamĩe honestissimo mutuę caritatis/Quod haud dubiũ ẽ pudicicię cõiugalis indicium. Ex ea in hodiernum diem suscepi liberos Tris/primigeniã femĩei sexus. Reliquos mares. Femina non perannauit/ nouissimus masculus Dulcis uitę exors ĩtra temp9 bimestre decessit/superest medius qui nũdũ Trimatum impleuit/Auũ maternũ Vincentiũ Paleotũ maximum Iuriscõsultorũ/cuius mihi memoria sacrosancta est/nomine referens:liniamẽtis oris matrẽ/uirilitate patrẽ representans. Blãdimẽtis prope peculiaribus pręditus/Ad cuius hilaritatem nulla põt durare tristitia:Cuius garulitate mire reficior. cuius ĩquies genuina mihi est quieti suauissimę. Qui me modo lectioni modo stilo ĩdulgentẽ sepissime interpellat. estq;

Camilla uxor.

Laus Vĩcẽtii Paleoti. Vincẽti9 filius.

patri dulcis interpellator. Deum optimũ maximũ p̃cor ut mihi Camillam meam una cũ mellito filiolo seruet incolumẽ/ut nos oĩs in hac qua uiuimus cõcordia et tranqllitate perẽniter tueatur. ut fęlix sit cõiugiũ/ut soboles fortunata laudabiliter eat per paterna et auita uestigia/ ut nobis hunc contingat habere superstitẽ: qui domũ Beroaldam Nepotuloꝝ turba fecundet. Quos complexu et gremio fouere possimus/sintq; nobis senescentibus si modo senescere datum est/ non minora oblectamenta q̃ commoda. Solent huiuscemodi egressiones fauorabiliter oblectare et lectorẽ lassescentem iucunde refouere/Stomachũq; nauseantẽ quodã quasi cõdimento reficere. et ego in hęc quasi diuerticula libẽter ex curro/Quia/si modo lectores mihi non blandiunť/ libelli mei in hęc parerga plausibiliter expatiantur. Sed ut iã ad institutũ p̃uertamur/Cũ in numeris Ternarius sit pollens potensq;/ quẽ gręci Triada nostri ternionẽ appellãt/Tertius terrę tremor ex interuallo dierum circiter quindecim superueniens non paucos municipũ meoꝝ tremore cõcussit/maior pars quę iam occalluerat duritiãq; cõtraxerat/mãsit impterrita/minor hic sane motus fuit q̃ priores/sed tamen fragoris horrifici: quo domicilia aliquot male materiata corruerũt primis ut crediť motibus ante cõuulsa.

Parerga.

Trias ternio.

In tota Vrbe uicatim regionatimq; cópluria edifi/
cia fulcimentis adminiculata cõspiciunt/In qb9
hiãtes rimę uitiũ faciũt ruinãq; minitantur. Cla
ues ferreę/sic enim uulgo nominitãt/Viculaque
uulcania in officinis fabrilibus quotidie adhuc
Procudunt ad parietes alligãdos / et fatiscentes
substructiões deuíciẽdas. Multa quę refectiõe í/
digẽt recõcinãtur/ut sarta tecta integraq; eẽ pos/
sint. Quõiã aũt magna fastigia laborar credũt:
et í p̃cipiti stantia uacillare / Turres aliquot quę
in urbe nostra plurimę sunt altitudie spectabiles
dirui a possessoribus cepere/Cũprimis Illustrissi/
m9 Ioãnes Bẽtiuolus columẽ caputq; ac mode/
rator saluberrimus Bononiẽsis Reipu. Cui cum
dignitate otiũ/cui festã pacẽ Cui blãdã tranqlli/
tatẽ/Cui cõmoda oía accepta referrimus. quem
sotera quẽ conseruatorem merito possumus nũ/
cupare /qui exẽplar ẽ felicitatis/quo stante uel ẽt
sedẽte nullus turbo/Cimbę bononiensi nulla p
cella ẽ pertimescẽda / Turrí habebat ędibus prí/
cipalibus cõtiguã atq; consertã / qua nullã pul/
chriorẽ etas nostra cõspexit. Hãc demoliri iussit
ueritus scilicet ne obnoxia tremoribus terrę cor/
rueret/Ratusq; neminẽ satis tutũ eẽ posse qui pe
riculo proximus sit. Celeberrimi rerũ scriptores
inter signa futuri mot9 cõmemorãt lineã tenuẽ
nubis í lõgũ porrectę spatiũ/ Talis a nostris sub

Laus Io/annis Bẽtiuoli

Turris Bẽtiuo/lorum.

occasum solis sereno cęlo conspecta ē ea scilicet nocte/qua secūdus ille maximus motus cuncta cōcussit/Scribit sanctissimus scriptor atq; eruditissimus Seneca Pompeios/Celebrē campanię urbē consedisse terręmotū p dies hybernos/qđ sane tēpus ab hoc malo Tutū auctores eē promittunt/Consimiliter diebus quidem Brumalibus/uerna tamen indulgentia intepescentibus hi motus terrę Ciuitatem nostrā nec minus territorium magna strage uastarunt/Siquidem uillę aliquot ac pretoria magnificēter extructa hoc malo perstricta male coherent/ Refert Albertus Magnus se uidisse Terręmotum durabilē atq; diuturnum in Cisalpina Gallia factum per hiemem uerno tēpore calescentem. Consimili temperie hiberna factus est hic noster motus terrę diuturnior Dierumq; compluriū. Nā cum dicātur tremores si nō ab emersu uēti desināt/diu durarē/nec añ q̄dragīta dies sisti/plerūq; uero annuo spatio biēnioq; durare/Hic noster ultra dies quadraginta ꝓgressus nundum pausam fecit. Immo hisce diebus cū hęc cōderē/essemq; iterdiu intentus stilo et scriptiōi Bibliothecā meam sensi intremiscere et quati/ita tñ ut motus hic diurnꝰ lōge leuior q̄ nocturnus extiterit. Noctu enī maiores fieri et crebriores philosophoꝝ schola conclamat. Quorum iam tempestiuum ui/

Terręmotus ī gallia Togata.

detur percensere sentẽtias/qui arcana nature re/
serare exq; eius promptuariis causas rerum ex/
promere conati sunt / Quorũ opiniones discor/
Thales des efficiũt ut illud certũ sit/nihil esse certi. Tha/
les milesius unus ex septem gręcię sapientibus
professus est aquam oĩum rerum esse prĩcipium/
ex quo dogmate Exiit illud poeticũ /oceanũq;
patrem rerũ.is in aqua causã posuit qua terra cõ
cutiatur et tremat/memorans Vnda orbem ter/
rę sustineri uelut aliquod grande nauigium. Ar/
Aqua cã terręmo/ tus gumentatur autẽ aquas eẽ in causa/quod in om/
ni maiore motu prorũpunt noui fontes nouaq;
fluẽta. Democritus motũ terrarũ aquis imputa/
Demo/ critus. uit propterea q per receptacula terrę uenasq; fi/
stulosas uis aquarum larga decurreret/quę cele/
stium quoq; aquarum superfusione exuberãtes
pulsibus terram concuterent / ut pote quę tantũ
impetum ac uiolẽtiam ferre non possit. huic sen/
tentię ueteres poetę astipulant/qui Neptunum
Ennosi/ geus. humidę substãtię p̃sidẽ Ennosigeum et sisich/
thona gręcis dictionibus appellitant. Quasi di/
Anaxa/ goras cas terrã quatiẽtẽ/Terrãq; mouẽtẽ. Quidã ĩter
quos ẽ Anaxagoras ignẽ cãm motus eẽ confir/
mãr:q exitũ quęrẽs diuellit cõcutitq; repugnã/
tia/uiãq; sibi ad celũ ui facit/Alii ideo ĩ igne cau
Ignis cã. sam motus esse dixerunt /quia pluribus in lo/
cis flagrat proxima quęq; consumens / quibus

exeſis exuſtiſq; ſub ſequitur motus eaꝝ partium/
quę adminiculis uiduatę primo labãt mox cor/
ruũt/ideoq; uulcano motum terrę attribuerunt.
Anaximenes qui horologium / quod ab umbra Opinio
ſcioteticon appellãt/primus oſtẽdit/cauſam mo/ Anaxi/
tus eſſe autumat terram / quę nimiis uaporibus menis.
areſcens rimas pãdat grãdiores/intraq; eas pene/
trans aer uiolentus et nimius uehementi ſpiritu
quaſſatã propriis ſedibus cõcutiat. Idem opinat̃
uetuſtate cũcta dilabi nec quicq̃ tutũ eſſe a ſenec/
tute/itaq; quẽadmodum in edificiis ueteribus ac
putridis quedã ſuaptę ſponte decidũt / ita in hoc
corpore terrę contingere/ut partes eius uetuſtate
ſoluantur.

a Riſtoteles quem naturę cõſiliariũ me/ Laus ari/
rito dicere poſſumus/cuius iuuentis nec ſtotelis.
ipſa natura diſſentire exiſtimat̃: qui po/
lyhiſtor ideſt multiſcius. qui polygraphotatos a
copia ſcriptoꝝ eſt nominãdus: quem θειοτατον
hoc eſt diuiniſſimũ uere nũcupaueris / qui apud
poſteros eſt id conſequutus ut Ariſtoteles non iã
hominis nomen ſed philoſophię habeat̃. Et ſi/
cut nomine oratoris. M. Tullius/et poetę Virgi/
lius: ita nomine philoſophi Ariſtoteles peculia/
riter intelligatur: hic inq̃ Ariſtoteles affirmat cau Sentẽtia
ſam motus terrę eſſe uentũ ſiue ſpiritũ: qui ĩclu/ Ariſtote/
ſus in uenas terrę et cauernas luctatur erumpere/ lis.

et ad libertatẽ ex ire cõnitit̃. Sequuta mox etas nõ tam pedibus q̃ ſtilo uadit in ſententiã maxi/mi philoſophorũ. Anneus Seneca q ĩter noſtros ſcitiſſime elegãtiſſimeq; diſſeruit ſup q̃ſtiõib9na turalibus / Aſſerit ſpiritũ eẽ q terrã moueat. Idq; et plurimis et maximis auctoribus placuiſſe. Pli/nius quoq; noſter / Quo nihil eruditius / qui hel/luo librorũ dici põt / Ventos inquit in cauſa eſſe nõ dubiũ reor. non enim unquã intremiſcũt ter/rę niſi ſopito mari cęloq; adeo trãquillo ut uola/tus auiũ nõ pẽdeant / ſubtracto omni ſpiritu qui uehit. Quin etiã Lucretius: q p ĩterualla inſanię Cõpoſuit libros luculẽtos Epicuri dogmata cõ tinentes / et ipſe uẽtos eẽ ait in cauſa terrę motus / Cuius uerſus operęprium eſt ſubſcribere.

Seneca

Plinius

Lucreti9

Pręterea uentus cum per loca ſubcaua terrę
Collectus parte ex una procumbit / et urget
Obnixus magnis ſpeluncas uiribus altas:
Incumbit tellus quo uenti prona promit uis.
Tum ſupra terram quę ſunt extructa domorũ
Ad cęlumq; magis quanto ſunt edita quoq;
Inclinata manent in eandẽ prodita partem.

Et profecto nihil eſt ſpiritu acrius / nihil ĩ rerũ natura potẽtius: ſine quo cũcta torpeſcũt. Ignis ſine ſpiritu languet / aquę ſi uẽtũ detrahas iner/tes ſunt. Verũ enimuero inter cęteros ſcriptores Albertus ille nõ magis nomine q̃ doctrina ma/

Laus Al/berti.

gnus ac mirandus αριστοτελιζει hoc ē Aristo/
telem seqtur: qui a tramite aristotelico nusquam
detort⁹ exorbitat. Qui Aristotelis simia dici po
test/a quo nec unguem latū digitumq; ut dicit
transuersum usquā recedit. Hi duo inter scripto/
res meteorologos eminētissimi ex duabus eua/ | Euaporationes cā rerū multarum
porationibus Altera sicca/altera humida uentos
grandines niues pruinas/Corruscatiões/Toni/
trua/Terremotus Cęteraq; id genus fieri subtili/
ter et copiose pluribus uoluminibus ꝓdiderunt.

C Haldei scientięq; sideralis cōsultissimi/
qui ex motu siderum uiq; stellarū Cę/
tera oīa fieri existimant/motus quoq;
terrę cęlo et astris assignant/siquidem dogmata
Chaldeorū/siue placita siue decreta placet nūcu/
pare/autumant ex positione atq; potentia siderū
maximeq; Saturni Martis ac Iouis terras intre/
miscere. In quam sententiam alacriter uadit tota
cohors Astrologorum: Quibus ꝑsuasissimum | Placita chaldeorum.
est omnia inferiora moueri a superioribus/pri
mordiaq; rerum omnium e cęlo esse decidua.
hinc solis lunęq; defectus plurimum pollere
in motu terrę conficiendo tradiderunt/Quoniā
tēpestates tūc sopiunt: Et quia hęc duo clarissi/
ma mūdi lumina ī reb⁹ terrenis plurimū domi/
nant. Siqdē luna īstar Cōsulis/sol īstar maximi | Sol īstar regis.
Regis/ut scitissime docet Galenus/exercet īpiū.

Legans eſt illoꝵ minimeqꝫ prętereunda ſententia/qui ita tremorem in terra fieri cenſent/ Sicut ĩ corpore noſtro cõtingit ex ĩtercepto ſpiritu uegetali. Nam ut corpus noſtrum et ſanguine irrigat᷑ et ſpiritu : qui ꝑ uenas arteriaſqꝫ et ſua itinera decurrũt:ſic corpus terraꝵ aquis quę uicẽ ſanguinis obtinent/et uentis/qui uice ſpiritus et animę loco ſunt/ peruium eſt : et quẽadmodũ ĩ corpore noſtro dũ bona ualetudo eſt/uenaꝵ quoqꝫ et arteriaꝵ imperturbata mobilitas modũ ſeruat/ſiquid aduerſi accidit tũc crebrius micat/Tũc ſuſpiria et anhelationes exiſtũt haud dubie ſigna hominis laborantis et feſſi:ſic terrę corpus/dũ poſitio naturalis perſeuerat/manet inconcuſſum/ Cũ aliquid peccatur tũc uelut egri corporis motus fit et tremor ſpiritu illo uenas ſuas uehementius concutiente.

e

Tremor ĩ terra ut ĩ corpore

Qđ totũ lucretius elegãter exꝑſſit his uerſibus.

Diſpertit᷑ ut horror et incutit inde tremorem
Frigus ut in noſtros penitus cũ uenit in artus
Concutit inuitos cogens tremere atqꝫ mouere.

In hoc tamen illa diſparilitas eſt/quod in noſtris corporibus tremor ꝑ oẽs partes pari ęqualitate diſcurrit:in motu uero terrę non totum corpus uexationem ſentit ſed portio.

Traton philoſophus.qui reꝵ naturę inquiſitor fuit/de terręmotu ita decernit/

f

Frigidum inquit et calidum semper incõtraria abeunt et una esse nõ possunt p illã quam gręci uocãt Antiparistasin: qua fit/ut nõ patiatur Calidi frigidiq; natura concordiã/ Nec in uno mõram. pinde ibi naturaliter calidũ est /unde frigidum expulsum est. e cõtrario illuc frigidũ cõfluit unde uis calida discessit. Hinc hiberno tẽpore cũ super terrã frigus est calẽt in puteis aquę Quia eo se calor contulit cedẽs frigori superiora possidenti. E contrario per estatem aqua puteana frigescit qua uis frigoris in cauernas terrę recõditur cedens calori superne dominanti. Ergo uis calida cedẽs frigori ĩ subterraneos specus recessusq; refugiens magno impetu agitur et pxima quęq; remolit̃ ac uexat/cui9 eruptio motum terrę cõficit. consimiliter ubi frigida compescũt̃ a calidis et intra uenas terrę recondunt̃/Terra ipsa tremore concutitur/dum uires alternę frigoris et caloris inter se compugnãt/et spiritus ultro citriq; sub terra inclusus cõmeat.

Antiparistasis.

Eligiosiores existimant irã dei causam esse tanti mali: q peccatis peccatoribusq; puniendis hoc telorũ genus intorqueat. Et sane Ex usu uitę ẽ cõducibileq; mortalibus credere ab irato deo talia irrogari infligique supplicia/ut ita innocentius/ Castius/modestius degant; hoc ecclesiastici conditores affirmant/a

Ira dei cã motus

quibus libro regum ſecundo in cantico dauidi-
co ſic ſcriptum ē.cõmota ē et cõtremuit terra/fũ-
damenta montium concuſſa ſunt et conquaſſa-
ta/quoniam iratus eſt eis dominus. Hinc exiit
illud quoq; pſalmographi. Dedit uocem ſuam
et mota eſt terra.

Abdita ĩ maieſtate naturę

Ego arbitror hoc malum ut pleraq; id ge-
nus alia in Maieſtate naturę atque Secretariis
abdita deliteſcere / et ſi quadam tenus cogni-
ta ſint/nõdum tamen eſſe percognita. Quãuis
longis lucubrationibus ingeniorum acumẽ in-
genioſorumq; ſolertia ad arcana ueritatis pene-
trare tentauerit: quę interiore ſacrario incluſa cõ-
dunť. Nondũ enim nobis tãta cũ deo familiari-
tas ē /ut nos participes ſecretoꝝ oĩum eſſe uolu-
erit.nec fuit tanta Romanis quoq; ueteribus: q
ubi mouiſſe terrã ſenſerãt nunciatũ ue erat/ferias
quidem eius rei cauſa edicere ſolebãt/ſed dei no-
men cui ferię dicarenť edicere ſuperſedebant:ne
aliũ ꝑ alio nominãdo falſa ut inquit Au. Gelli-
us religione populũ alligarent.quoniã et qua ui
et ꝑ quẽ deorum deaꝝ ue terra tremeret parũ cõ-
pertum foret.

Eterum nos nõ tam cur fiat q̄ quid fiat
C diſpiciẽres aſſerimus terręmotum rem
eẽ atrocẽ diram exitialem atq; funeſtã/
plenamq; tremoris horrifici ac publicę conſter-

nationis:quā deprecari abigere amoliri ꝑpulſare/ et ut antiquitatis uerbo utar auerūcare omni p̄/ catione debemus. Illud imprimis acclamātes. Dii prohibere minas dii talem auertite peſtem. Hoc ē illud malum quod agros facto chaſmate haurit/mœnia proſternit/ Vrbes totas plerumq; deuorat/ Ita ut nulla ueſtigia extent. Ex hac ua/ ſtitate olim in agro mutinenſi montes duo īter ſe concurrerūt Crepitu maximo aſſilientes reſi/ lienteſq;: Quo cōcurſu uillę oēs eliſę / animalia ꝑmulta quę intra fuerāt exanimata ſunt. Maxi/ mus terrę memoria mortalium extitit motus/ qui ſub Tyberio principe Vrbes in Aſia nu / mero duodecim una nocte proſtrauit. Ma / ximus fuit et ille quo Nicomedia Bythynię Metropolis et caput multiformi erumna con/ cuſſa eſt Imperante Conſtantio. Et cum cla/ riſſimi Scriptores tradant horis ſublucanis cre/ bros motus fieri / tunc primo lucis exortu in/ uolutus craſſa caligine ſqualor humum inſe/ dit oculorum perſtringens obtutum. dein ma/ gnitudo furentium incūbens procellarum an/ teceſſit fragorem: Qui una cum horrifico tre/ more nicomediam et ſuburbana funditus euer tit. Qua in clade edes plereq; alię ſuper alias ſonitu Ruinarum immenſo conciderunt.

Vrbes xii. pro/ ſtratę.

Post horam diei secũdam aer iam factus sudus et liquidus retexit funereas strages: non parum multi constipati sub ipsis pressi ponderibus uise-bantur. Quidam obruti aggeribus cũ superesse possent siquis iuuisset auxiliorum inopia neca-bant̃. Alii tignorũ extãtium cacuminibus fixi pendebant. Alii ut utar uerbis Marcellini subita magnitudine oppressi hisdẽ adhuc molibus cõ-teguntur. Collisis quidã capitibus uel humeris prefectis aut cruribus Inter uitę mortisq; confi-nia: aliorũ adiumenta paria perferẽtium implo-rãtes cum obtestatione magna deserebantur. qs talia fando temperet a lachrymis? Quis talia re-ferens non horrescat quę animus horret memi-nisse? Iulius Capitolinus auctor est motum ter-rę Gordiani principatu eo usq; grauem extitisse ut ciuitates etiã terrę hiatu cũ populis depirẽt.

Cladesni comedẽ-sium

Multa genera Terremotus effectusq; multi-formes ac nomina monumentis celeberrimorũ conditorum repe𝔦untur/sunt enim quidam qui humum mole sua suscitãtes sursum propellunt Immanissimas moles: hi brasmatię nuncupant̃ a concussione quã gręci βρασμον uocant. Ex hoc motu delos emersit et Rhodos enata est. Sunt qui grandiore motu patefactis subito Vo-ratrinis terrarum partes absorbent: Sic Helice et burra in ꝓfundos hiatus abactę/eternis tenebris

Brasma-tię.

occultantur. Hos Chasmaticos uocãt a chasmate / sic enim hiatus dicitur. Gręcanico uocabulo nostris quoq; usitatissimo. Vlpianus iurisconsultorum eloquẽtissimus / Titulo de cẽsibus / si agri portio inquit Chasmate perierit debebit ꝑ cẽsitorem releuari. Pomponius quoq; titulo de ꝑiculo et commodo rei uẽditę sic ait. Fundi nomine emptor agere non potest cum prius q̃ mẽsura fieret Inundatione aquarum aut Chasmate alio ue quoq; casu pars fundi interierit. Chasma quoq; in cęlo fieri docet Plinius sic scribens. Fit et cęli ipsius hiatus quem uocant Chasma. ait Turnus Maronianus / uideo medium discĩdere cęlum. Exponit cõmentator Chasma factum dici idest subitam aeris diruptionẽ et quẽdam recessum. Chasma

[S]unt quidam motus qui ueluti Taurinis reboare mugitib9 audiũtur. Quos mycrematicos philogręci nuncupant. ἀπὸ τοῦ μυκήματος hoc ẽ a mugitu. Ex hoc opinor genere fuit motus ille quo sub imperatore Galieno terra mugiente multę fabricę deuoratę sunt Cum habitatoribus / multi terrore mortui. Mota est et Roma Mota et lybia et Asia / Hiatus terrę plurimis in locis extiterunt. Ex hoc genere uidetur esse quem uocant Myceriã de quo sic refert Apuleius in Cosmographia. Myctematici.

Mycetias Mycecias uocatur Tetri odoris inquietudo terrena / Audiuntur mugitus interioribus gemitibus expressis / Cum spiritus inualidus ad terrā mouēdam per aperta in Telluris inuētis itineribus fertur.

Palmatię Sunt et qui palmatię appellantur quorum pauitatione illa quę trepidant sine inclinationis periculo nutant / Cum directi tamen rigoris statum retineant. gręci παλμον tremorem uocant / Vnde et nomen accepere palmatię.

succussio Inclīatio Nostri duo genera potissimū motus terrę concelebrāt / Alteri succussio est nomen / Cum terra quatitur Et sursum ac deorsum mouetur. Altera inclinatio noīatur / qua more nauigii nutat atq; inclinatur

Tremor. in latera. Seneca tertium Genus esse existimat quem tremorem dixere maiores. Qui superioribus dissimilis est. Nam neq; succutiuntur neq; inclinantur tecta sed uibrantur. Qui motus minus est noxius minusq; exitialis / Sicuti longe pernitiosior est inclinatio q̄ succussio. Hoc nimirum est quod intelligi uoluit plinius: Cuius uerba subscripsi quę sunt hęc. pluribus si quidē motibus quatitur / tutissimum est cum uibrat crispante edificiorum crepitu / et cum intume

ſcit aſſurgens alternoq; motu reſidet ĩnoxium / Et concurrentia recta contrario ictu arietant / Quoniam alter motus alteri renititur / Vndan/tis inclinatio et fluctus more quędam uolutatio infeſta eſt aut cum in unam partem totus ſe mo/tus impellit / hactenus Plinius.

Signa motus

i Nter ſigna futuri motus eſt cęlum ſi/lens / tempeſtates ſopitę / et in puteis aqua turbidior fediq; odoris. Hic Phe/recides Pithagorę doctor cum aquam hauſiſ/ſet e puteo / pręſenſiſſe fertur ac prędixiſſe futu/rum Terręmotum. Eſt et in cęlo ſignum pręce/dens futuro motu tenuis ſcilicet linea nubis in longum porrectę ſpatium. Exiſtunt maximi motus in ſolis lunęq; defectu. Verum ut inquit Albertus ecclipſis ſolis q̃ lunę hac in re eſt lon/ge potĕrior.

Pręſagia.

n On ſimplex id malum nec in ipſo tã/tum motu periculum eſt / ſed in poſte/rum quoq; dira portendit Et in pri/mis peſtilentiam pręſagat: nec id abſonum. Siquidem ſpiritus qui ęterna Terrarum nocte Torpeſcit / diutinoq; ſitu peſtilens includitur/ Per Terręmotum emiſſus purum hunc aera

ac liquidum polluit atq; commaculat late ui/
tium suum spargens . Et cum naturaliter uin/
cantur meliora peioribus hic spiritus quem per
singula momenta trahimus et haurimus illo
subterraneo halitu pestilente corruptus et infe/
ctus Contrahit noxam . Inde pestilentia mor/
tesq; repentinę et noua genera morborum mor
tales inuadunt . Pręterea aquę pestilentes ab/
ditę latent in terrę Secretariis / quę Tremore
Terrarum exilientes ex infernis / nihil nisi pe/
stiferum exitialeque in superna deportant .
Quidam autumant innumera prope mala ex
motu Terrę et imprimis famē et bella porten/
di . Trimegistus / Cui multarum rerum et ar/ Trimegistus.
tium scientia hoc cognomen imposuit / uel quia
περι τριαδοσ idest de trinitate locutus est re/
ligiosissime . ponēs εν τριαδι μιαν ειναι θεο/
τητα Idest in trinitate unā esse deitatem . Hic
uersus Heroicos fertur composuisse / Qui uoli/
tant ac circumferuntur per manus oraq; erudi/
tiorum : Quibus pręsagia terręmotus in duo/
decim Zodiaci signa digessit / Exempli causa ali/
ud genus infortunii portendi sole Arietem trās/
eunte / aliud Taurum / aliud Geminos / et cę/
tera Consimiliter . Quod totum lepida ma/
gis q̄ uera discriminatione digestum arbitror.
Incomperta enim hęc sunt Et inextricabilia /

Quę neq; affirmare neq; refellere operępretium sit. Plinius refert nunquam urbē Romam tremuisse, ut non futuri euentus alicuius id pręnuncium esset. Exclamare libet, tantę ne animis celestibus irę? Tanta ne in miseros mortales Cupiditas sęuiendi? ut tremor Terrę, Quo nil terribilius, per se non sit satis, nisi etiam fiat prodigiosus, et per id malum mala quoque alia Truculēta denuncientur.

Remedia.

q Vidam perinde ac salutis humanę curiosissimi custodes Remedia ad euitā dum id ineuitabile malum, ad effugiendum id ineffugibile infortunium excogitare conati sunt, memorantes imprimis Cloacas et crebros specus in urbibus esse salutares: Quibus spiritus pręconceptus exhalatur. Inde annotatum est quędam oppida minus concuti, quę crebris cuniculis sint cauata. parietes quoq; lateritii ut ferunt minore noxa Quatiuntur. Quin et tutissimos eē ędificiorum fornices asserunt. Qui tamen in hoc nostro recentissimo terrę motu fuerunt maxime intuti insidiq;.

Cloacę utiles.

Ego existimo potentissimum aduersus hanc luem esse remedium degere ī regionibus ad septentrionem uergentibus maximeq; in his, quę

Climate siue segmento septimo continentur: Vbi uel nulli uel rari motus existunt. Vnde Regio Polonorum quos apolloniatas esse censemus / quę tibi genitalis patria est et natalitiũ solum Antistes amplissime / Cum ob alia multa tum ob hoc pręcipue dilaudanda est et clarissimo digna pręconio: Quod id malum non sentit / quod ob terrę tremorem Terra illa non tremit. Vis unum atq; id efficacissimum remedium te doceam aduersus tremorem Terrę aliosq; id Genus Casus periculosissimos? Vis esse liber et tutus a tanta uastitate? Sit tibi animus contemptor mortis. sit mens impauida lęti / Quicumq; mortem contempserit metũq; mortis calcauerit / is non solum Terras motu concuti et ruptis Compagibus dehiscere securus aspiciet: Verum et proprium domicilium Voraginibus hauriri chasmateq; sorberi. Idem securus spectabit mundum et cuncta misceri / ut inquit ille Si fractus illabatur orbis impauidum ferient ruinę. Proinde si uolumus degere securi / si interrito animo ferre Mortalia / discamus uincere mortis metum / qui uictores Gentium uincit. Qui ut inquit Lucretius /

Poloni Apolloniate

Animus extrilid9

Metus mortis

Funditus humanam uitam perturbat ab imo
Omnia suffundens mortis nigrore: nec ullam

Esse uoluptatem liquidam puramq; relinquit. Hac quoq; Generositate animorum inter cęteras nationes censentur homines tuę nationis Maxime Antistes: qui beneficio cęli et soli ꝓgenerantur magna ex parte contemptores mortis spretoresq; periculorum. Nãq; in regionibus refrigeratis positisq; sub septẽtrionibus / ut Clarissimi scriptores ostendunt / homines gignuntur corporibus grandioribus et sanguine copioso / propterea ꝙ ex celo rigenti roscidus aer fundens in corpora humorem efficit Ampliores Corporaturas sanguinisq; habundantiam / Ex quo fit ut imperterriti sint metu mortis neglecto. habeãtq; ĩgenia celo suo simillima.

fortes septẽtriõales

Cur autẽ fortes sint qui loca frigida incolũt sicut e contrario timidi in calida regione degẽtes / scite et eleganter / ut omnia / docet Aristoteles in problematis encycliis scribẽs homines in frigido solo et celo uiuẽtes suapte natura ĩtrinsecus cõcalescere / ꝙ a frigore exteriori corpus fiat spissius et caro densior. Cuius dẽsitate calor intus collectus auget fortitudinem facitq; spiritus ferociores: sicut e diuerso accidit his / qui degunt in calida regiõe. Nam corpora eorum refrigerant ut pore soluta et patẽtia: Vnde calor foras ꝓfluere põt. Inde fit ut meridionales timidiores eẽ credãt utpote calore naturali destituti:

Aristote. ꝓblemata ency clia.

Et econtrario Septentrionales Robuſtiores ut
pote ui frigoris aſtrictoria Conſtipari et conca/
Galenus — leſcentes. Sententię Ariſtotelicę Galenus ma/
ximus medicorum aſtipulatur ſcribens libro
ſecundo complexionum corpora in regiõe fri/
gida eſſe intrinſecus calidiora et inſito calore
interiora penetrante feruere. Hinc audẽtiores eſ/
ſe et fortiores / Cum e contrario Ethiopum ca/
liditas inſita foras progrediatur. Nec non Aui/
Auicéna — céna Galenum ſecutus ſcribit / In locis frigidis
degentes fortiores eſſe audacięq; maioris / me/
liuſq; Concoquere. Idem auctor eſt ſeptentrio/
nales populos non ferme laborare morbo comi/
Epilepſia — tiali / Quem gręco uocabulo uocant Epilep/
ſiam: Propterea ꝙ ſint uitalibus interioribus
Vegeti / et calor ingenitus inſit largus et copio/
ſus / Quod ſi aliquando ulcera innaſcantur ociſ/
ſime ſaneſcere / propter corporis robur et ſan/
guinis bonitatem / Pręterea ex Stratonis phi/
loſophi Decreto calor et frigus per quandam
Antipari ſtaſis. — Antipariſtaſin / ut iam ſupra docuimus / ſimul
eſſe non poſſunt: Sed frigidum calido calidũ
frigido uiciſſim cedunt. Quod ut planius fi/
at et apertius Exemplo res eſt Inſtruenda.
Hieme putei calidi. — Hiberno tempore cum ſuper terram frigus eſt
Calor frigori cedens / in ĩteriora uiſcera terrę ſe
confert: Ex quo fit ut per hiemẽ putei caleſcant

Et hyppogea hoc ē domicilia ſubterrãea cellęq̃ uinarię intepeſcant. Idem e cõtrario uſu uenit p Tempus ęſtiuum. Tunc enim frigus calori forinſecus dominãri cedens fugit in abdita abitq̃ in partes terrę penitiores. Vnde fit ut aqua puteana diebus ęſtiuis ſit frigidior/quia nõ patitur utriuſq̃ natura Cõcordiã. Cũ ergo frigus uigeat ac dominet̃ In Regionibus ſeptẽtrionalibus/calor ab exterioribus expulſus ĩ interiora corpora reconditur. Et ita calidiora efficiuntur/ Et ob id egent largioribus alimẽtis. Calidi enim uentres/ Quod et hippocrates archiatrus oſtẽdit / Quo melius cõcoquũt eo plus cibi deſiderant. Eſtate frigidi.

i Llud quidẽ ĩficiari nõ poſſumus eẽ ẽt ĩ hominibus robuſtiſſimis et fortitudinis muro uallatis affectionem quandã naturalem atq̃ pauorem/ut uelint nolint ad repẽtinos fragores/ad ſubitaria picula/ ad motum terrę/ad ictum fulminis inhorreſcãt Et colore mutentur atq̃ palleſcãt. Sicut Ariſtippo illi/cyrenaico philoſopho accidit/Qui cum olim nauigaret Mare uiolentum et undabundum / nauigiumq̃ quo uectabatur turbinibus crebrioribus iactaretur/ Cępit coloris ac uultus turbatione moueri ac palleſcere. at ubi feruor ille maris deferbuit et malacia ac trã quillitas rediit/acceſſit ad Ariſtippũ quidam mollior et delicatior Pauor naturalis. Exẽplũ ariſtippo

eodem pariter nauigio uectus : Qui quasi illu/
dens quid hoc est inquit o philosophe quod tu
in isto naufragii periculo timuisti palluistiq; / cū
ego neq; timuerim neq; palluerim. Tunc Ari/
stippus nebulonem illum responsiōe elegantissi/
ma remuneratus / non eandem esse causam sibi
atq; illi respondit / quoniam scilicet is quidem
esset non magnopere sollicitus pro anima neqs/
simi nebulonis / ipsum autem pro Aristippi ani/
ma timere debuisse. Hoc exemplo quo etiam
utitur Diuus Augustinus / satis liquet pertur/
bationes in hominibus naturales esse non uo/
luntarias : et motus quosdam inconsultos ui
quadam ingenita inferre se se hominibus. Vel/
lem quidem essemus apathes / et illa tantopere
Apathia a stoicis celebrata Apathia uigeret in nobis. quā
nostri impassibilitatem interpretantur. Vellē in
nobis spectaret Toruitas illa naturę dura et in/
flexibilis: Quā in Diogene et Pirrhone fuisse p̄/
dicant. Sed nescio quomodo mens corpusq;
mortalium ad repētinos casus naturaliter īhor/
rescit ac torpet. et talis affectus ex homine nulla
Cōniue/ sapientia radicitus conuelli potest. Inuiti cōni/
m9 ad ful uemus ad fulgetras / sensim pauescimus ad to/
getras nitrua / sternutamentis non sponte concutimur:
facessat itaq; magniloquentia Stoicorum qui as/
serunt serenitatem uultus in homine sapiēte nul/

la egritudine nullaq; formidine obnubilari. Est enim talis oratio gloriosior plane q̄ uerior: Cum et hi / ut diximus / qui habentur constantissi/mi Aduersus ictus fortunę fulminantis expal/lescant et toto corpore intremiscant. Audi rem atrocem et annalibus memorandam: Quę in urbe nostra ob terrificum terrę tremorem nuper/rime accidit municipi meo uiro alioqui ꝓbo / et opulento. Cui fulco nomen argelatoq; cogno/men. Hic cum ex illo diro ac perterricrepo fra/gore factus eēt / ut aiūt / attōitus m ēteq; alienata / Nā lymphaticos similesq; furētibus fieri ab hoc malo Seneca locupletissimus testis affirmat / cępit desipe Cū dispēdio sanitatis. q morb9 sen/sim gliscēs īplicitusq; uiscerib9 adeo hoīem de/mētauit / et ī tātū īpulit furorē / ut die paschalis so lēnitatis sacrosācto / cultro sibi gulā secare rēpta/uerit: moxq; cōfestī sese ex superiore ędiū pte in īferiora p̄cipitauerit. E x quo p̄cipitio mors ē se/cuta. Pauor itaq; egit hoīnē ī uesaniā / uesania in furorē / furor ī mortē: nisi lubeat magis credeř id biothanatę mortis genus ex maleuola siderum radiatione contigisse: nam si Mars et Sol dia/metra se radiatione aspexerint in contrariis cō/stituti locis / longa se inuicem radiorum pote/state pulsauerīt / Ista ī genitura cōiūctio hoīes / ut docet Firmicus matern9 / ex altis deiectos locis

Obitus fulci

Biotha/natus

misera laceratiõe prçcipitat:aut ex altis deiectis locis graue nesciẽtibus piculũ semp affert.

h Aec sunt quç sup terrçmotu/quẽ grçci σεισμον uocãt existimaui summatim magis libanda esse in hoc libello q̃ late explicãda/quç tu Antistes clarissime qualiacũq; sunt boni cõsulas quçso.

Cçterũ cũ iter cçtera dira infortunia/quç prç/sagat significatq; terrçmotus / sit maxime for/midanda pestilentia / quç plerumq; ex ipso ter/rçmotu gigni tradit/nõ erit absonũ pauca quç/dam ãnotarẽ ad hãc alteram luem ptinentia/quç neq; inuulgata sunt neq; ptrita/ neq; aurib9 ani/misq; studiosorũ iniucunda ut opinor futura. Tu modo Antistes optime qua animi alacritate priora plegisti/Eadem quçso plegas posteriora.

p Estilentia quam et pestilitatem dicunt quç grçco uocabulo λοιμοσ appellat/ quç non solum ciuitates exhaurit assi/

Pestilẽtia duis funeribus uerum etiam totas natiões iter/neciuo genere morbi populatur ac uastat. Vnde fiat uariç causç produntur. Nãq; alii ex ira dei / Alii ex intemperie celi. Quidam ex aere corrup to. Alii ex aquis uitiatis. nõnulli ex noxio terrç halitu pestilentiam exoriri autumant. Religio sicut terrçmotũ et alia id genus mala mortalib9 irrogata assignat irato numini / Ita et pestilentiã

Credit esse telū Dei/quo sontes insontesq; feriā/
tur. ī libro Regum secūdo euidens est exēplum
Quādo scilicet ab ipso opifice rerū ac ultramū/
dano deo data est optio Trium rerum exitialiū
Dauidi Regi eidēq; maximo Antistiti et uati /
Septē ne ānis famē mallet caritatēq; rei ānona/
tię/an tribus mensibus hostilem persecutionem/
An tribus diebus pestilentiam. Qui re secum p/
pensa examinataq; elegit ex tribus malis pesti/
lentiam/dicens melius est ut īcidā In manus do
mini q̄ in manus hominum. Itaq; immisit deus
pestilentiā triduanam in populum israeliticum
atq; in terram iudeam late Grassantem: qua cir/
citer. Lxx. milia uiroꝝ Triduo perierunt. Mox
ꝓpitiato deo uis morbi resticta est luesq; Cohi/
bita. Excellentes philosophi et illustres medici
ex inclemētia cęli hoc ē ex nimietate caloris aut
frigoris uel humoris uel siccitatis pestilētiam gi
gni tradiderūt. Sicut enī bona ualitudo corporū
est quędā mediocritas/ut Aristoteles Galenusq;
notificāt / ita omnis exuberātia ac excessus cau/
sa morborū ē. Consimiliter ubi moderatio ē in
calore et frigore in humore et siccitate/Vegetan/
tur Cūcta salubritate et cōualescūt. Vbi uero qp/
piam horū īmodice ac intempāter excessit/ Tūc
uis morborum gliscit: Tunc pestilētia fęda ho/
mini fęda pecori bacchatur et seuit. Hinc est q̄

Optio facta dauidi.

Sanitas mediocritas.

accolentes loca paluſtria Et humecta huic malo ſunt obnoxii. Itidem in locis ęſtuoſis degentes ſubinde peſtilentiã patiuntur. Cuius etiam calo/re regelari ſolent in regionibus pręgelidis habi/tantes. Sed imprimis calores immodici ſunt exitiales atq; peſtiferi. Vnde ſolẽ cognomiatũ apol/linẽ putant ωσ απολλυντα τα ζωα. Tãq̃ exa/nimantem animalia/et enim exanimat ac peri/mit animãtes/Cũ peſtẽ intemperie caloris imit/tit. Hinc ẽ ꝙ cũ arcu et ſagittis fingit̃ ſimulacrũ Apollinis/ ut per ſagittas radii intelligant̃. quo/rum iactu nõ nũquam peſtiferum uirus ĩmittit. hĩc doctrinarũ fons Homerus nõ minus ſcite q̃ decenter Inducit apollinem tela in exercitum gręcorum emittẽtem/quibus non ſolum homi/nes ſed etiam pecora periere. Vnde lindii apol/linem colũt cognomine λοιμιον.hoc ẽ peſtilen/tem. Vt ergo uapor ſolis ĩmodicus perimit Ani/mãtes et ĩmittit peſtilentiam/ita econtrario Tẽ/peratus eiuſdem calor morborum omnium fu/ga ẽ:et ſoſpitatẽ aĩantibus Creditur p̃bere tẽpe/rie. Vnde Athenienſes Apollinẽ alexicacon ap/pellant hoc ẽ mala repellentem. quo cognomen/to hercules quoq; a gręcis nominat̃ quaſi ma/lorum depulſor.

Apollo unde.

λοιμιοσ.

Alexica/cos.

Quibuſdam placet Aquas uitiatas et fetore corruptas uiolare ſalubritatẽ:et parere peſtilẽtiã.

Nam et aquarum mutationem grauē esse docet Maximus peripateticę sectę cōditor Aristoteles. Et Lucretius testatur illo Carmine.

Non ne uides etiam cęli nouitate et aquarum Aquę cā
Tētari ꝓcul a patria qcūqꝫ domoqꝫ adueniūt. pestilētię

Scribit Victruuius humores graues et pestilētes erumpe ex pontinis paludib9:et ut auctor ē Seneca / aquę noxię et pestilentes in penetralibus terrę latent nihil nisi pestiferum in se et corporibus nostris contrarium habentes:quę post motum terrarū erumpentes haurientes necant ac pestilentiam gignunt.

q Vi ex euaporatiōe terrę noxia pestilentiam fieri opinantur/hi nouere ex terra Sēper uapores emanare/de quibus plura meteorologi progenerari prodiderunt. Et ꝑfecto palā ē terrā nō eē sine spiritu/quē infundit satis arbustisqꝫ/ non aliūde uiuentibus:Quo tot genera herbarū fructicūqꝫ fouentur. Ne multa: Platonici autumāt omnes stellas oē cęlū ipsūqꝫ solē trahere alimētū ex terreno et inter se partiri Soloqꝫ halitu terrę substētari. hoc enim illis alimētū/hęc esca.hic pastus est:quāuis Aristotelici reclament.nō posset autē terra nutrire tā multa tam magna / nisi multū illi spiritus alētis supperteret: Qui iugiter exhalās ubi noxius ē et pestifer pestilētię cā est. Et ab Auicenna dictum est

Pestilētia ex exalatione.

sidera pasci terreno halitu

Eleuari e terra aeris corruptionem. Silius quoq; in deſcriptione peſtilentię ſenſit uaporē terrę eē peſtiferum illo uerſu,

Atq; ater picea uapor expirabat in ethra.

Amianus Marcellinus ĩ hanc ſentētiā ſic refert. aliqui terrarũ halitu denſiore craſſatum aera opi/nantur necare nõnullos.

Mathematici peſtilētiam ut pleraq; alia ui ſi/derum prouenire arbitrantᷣ, maximeq; canicu/lę. quorum ſententię teſtimonia poetica ſubſcri/bunt.

c Eterum et plurimis et maximis aucto/ribus placet peſtilentiā fieri ex aere cor/rupto, qui late uirium ſuum ſpargit, q haurientes necat Animātes: nam cum reciproca/tio ſpiritus ſit in nobis perpetua et cõtinens, cũ ſine reſpiratione e ueſtigio extinguamur, ubi aer quem perēniter ducimus peſtifer eſt ac pollutus, neceſſe eſt ut intra uitalia peſtilens quoq; halitus incluſus morbos afferat et mortem. Hinc exiit illud Maronianum.

Peſtilētia ex aerĩ cor rupto

Corrupto cęli tractu miſerandaq; uenit
Arboribuſq; ſatiſq; lues et peſtifer annus.

Conſimiliter Lucretius inquit,

Et cum ſpirantes mixtas hinc ducimus auras,
Illa quoq; in corpus pariter ſorbere neceſſe ē
Conſimili ratione uenit bubus quoq; ſępe

Pestilitas etiam pigris halatibus ęgris.
Quin etiã Ouidius explicans pestilentiã poeti/cã sic ait. Ora patēt aurę graues captant hiatu. Ob hoc Auicenna longe clarissimus medicorũ censet in pestilentia respirationē hanelationēq; esse minuēdã adhibendaq; odoramēta/qbus corruptior aer mitigetur. pestilētiã etiam excitãt uēti: quos aera fluentē esse diffiniũt/quos et terrę/motus causam esse docuimus/maxime aũt austri eã efficiũt/de qua. Cor. Celius sic refert. Cũ uero hęc in omni pestilētia facienda sint/tum in ea maxime quã austri excitarit. Ouidius quoq; ostendit pestilentiam flatu austrino exortam eē/Cum ait/ Venti cã pestilētię

Letiferis calidi spirarũt estubus austri.

Aristoteles in problematis tradit flante Au/stro corpora effici humida et calida/et ob id pu/tredini maxime obnoxia: qui et fedi halitus cã est. Eodē auctore homines grauiores inualidio/resq; fiunt spirãtibus austris. minusq; cibi appe/tētes/Cum e diuerso flãtibus Aquilonibus ani/mantes magis esuriãt sintq; corporis robustio/ris. Idem ostēdit quēadmodũ austri humorem Calidum in corporibus progignũt/quippe qui natura calidi sint et humidi/Vnde et febres ex/oriantur. Hippocrates quoq; in Aphorismis qđ et a celso translatum est. Auster inquit aures he/ auster pestiferus. hippocrates dcēter

betat / sensus tardat / Capitis dolores mouet/ aluum soluit totum corpus efficit hebes humidū lāguidum. Quin etiam uictruuius / ut id quoq; non prętereamus / narrat in lesbo oppidum mithylenen fuisse magnificenter quidem edificatum et eleganter / sed positum non prudenter / in qua ciuitate cū flabat Auster hoīes egrotabant Cum corus / qui est uentus occidentalis alio nomine dictus Argestes / Tussiebant / cum uero spirabat Aquilo restituebantur in salubritatem.

Victruuius.

Quid non ne et Plinius noster / Cui nihil omissum est / breuiter ut omnia Austri naturam uno uerbo significauit : sic scribens in secundo. Saluberrimus omnium uentorum Aquilo / noxius Auster / minus esurire eo spirante credūtur Animantes. Idem uolumine duodeuigesimo auctor est flante Austro / Quem gręci notum uocant qui humidus et estuosus est Italię / fœtus femineos cōcipi / sicut e diuerso mares in utero fieri / si flante Aquilone ineant coeantq; animalia. Dixit quidem Plinius quid eueniret flantibus Austris et Aquilonibus / Cur autem id fieret explanare supersedit. Sed causa ē euidens et ab Alberto magno latissime explicata / Qui libro de historia Animalium decimo octauo refert ideo flante austro feminas cōcipi / quia corpora humescunt / Calorq; īgenitus calore Austrino resol

Plinius

Aqlo saluberrimus.

Auster gignit Feminas

uitur atq; uires fiunt imbecillę/e corrario spirantibus Aquilonibus merito masculi fętus in utero formantur / propterea q cum sint frigidi obturant atq; obstipant meatus corporeos ipsumq; corpus spissant expeditiusq; reddunt atq; robustius: Quo inclusus intrinsecus Calor naturalis uegetatur / fitq; genitura melius digesta magisq; idonea ad marium Generationem. Quin etiam proditum est a philosophis oriēte canicula Austros moueri / quibus aer solet commutari. Nemo autem dubitat sidus caniculę In cuius ore est sirius / esse pestiferum et noxium / ac persepe facere pestilentiā. Quod et nobilis poeta insinuat illis uersibus.

Aquilo mares

Sirius in ore caniculę

Ille sitim morbosq; ferēs mortalibus ęgris
Nascitur/ et leuo cōtristat lumine cœlum.

Inter causas pestilentię est cenosa colluuies / fetorūq; graueolentia/quod et iurisconsulti euidenter ostendunt sic scribentes:nam et cęlum pestilens et ruinas minantur imundicię Cloacarū/et is riuus ex eodem corrupti aeris fonte profluit ac manat cum odorem non aliud q̄ infectū aera esse prodiderint scriptores longe clarissimi.

Colluuies cloacalis

Hui⁹ aūt luis tā dirę tāq; exitialis spēs plures memorāť. Pria pādemos appellať. Secūda epidemos. Tertia loemodes. uolatica uelocitate letabilis. Duę sūt dictiōes gręcorū λοιμοσ και λιμοσ

Pandemos

Epidemos

Loemodes.

Inter quas maxima eſt cognatio atq; affinitas in ipſa ſcriptione ac pronũciatione maximũ uero diſſidium in ipſo ſignificatu: ſiquidẽ λιμοσ ſignificat famem: λοιμοσ uero peſtilentiam. hinc olim altercatio nata apud Athenienſes ſuper illo Oraculi uerſu.

λιμοσ
λοιμοσ

Doriacum ueniet limo Comitãte duellum.

Ambigebatur enim utrũ λοιμοσ ideſt peſtilẽtia ſignificaretur an λιμοσ ideſt fames. Quod cum ſit Amphibolon atq; flexiloquum/ Id homines oraculũ retorquebant ad eum intellectum/ Qui uidebatur ad ea quę ad pręſens patiebãtur eẽ accõmodatus. Illud utiq; dignũ Annotatu nec ĩdignũ Cognitu ẽ pleroſq; ex cohorte illa poetarum Nobilium prope peculiariter operam ĩpendiſſe peſtilentię numeris poeticis pſcribẽdę/ taq̃ id argumẽtum ſit ſpectatiſſimum/ in quo ingenii uires neruoſq; pro uirili quiſq; parte contenderent: Namq; ut pręteream Homerũ Et gręcos poetas/ non ne Mantuanus Homerus ĩ tertio georgicon peſtilentiam elegantiſſime explicauit? Quẽ emulatus opinor Silius italicus et ipſe in quarto decimo punicorum eam peſtilentiã graphice perſcripſit/ quę tempore ſecũdi punici belli ĩ Sicilia Romanos ac pœnos iuxta uexauit afflixitq;. Quã ait a Canibus cępiſſe/ ſic.n.ĩqt.

Peſtilẽtia poetarũ materia

Vim primi ſenſere canes.

Peſtilẽtia a Canib9

q Va in re ſequutus eſt Homerum ſic ſcri
bentẽ ĩ prima iliados Rhapſodia. ουρη/
ασ μεν πρωτον επ οχετο και κυνασ
αργουσ.

Pelign9 quoq; uates ĩ ſeptimo metamorpho/
ſeos luẽ id genus peſtiferam enarrat tam copio/
ſe tam decenter tam ingenioſe / ac tanta cum ꝑ/
ſpicuitate / ut ante oculos poſita totius rei ima/
go quodammodo eſſe uideatur. Necnon Luca/
nus in quinto pharſalię ſummatim ac uelut ali/
ud agens atq; in trãſcurſu id genus deſcriptiõis
libauit. Quin etiam Seneca in Tragędia quę ĩ/
ſcribitur Oedipus / funeſtam peſtem ſtilo Tragi/
co exequutus eſt. in qua terram tumulis defuiſ/
ſe miſeranter dolenterq; conqueritur. Verum in/
ter omnes Lucretius diuino quodam furore in/
ſtinctus libros de rerum natura luculentos hac
ueluti Appendice concluſit / Nouiſſimaq; expo/
litione perpoliuit / Peſtilentiam rem haud dubie
infelicem ſumma cum felicitate deſcribens. quę
in Bello peloponeſiaco Athenienſium ciuitatẽ ĩ/ Peſtilétia
terneciuo genere morbi ẽ depopulata / uaſtauitq; a Lucre/
uias exhauſit ciuibus urbem: ſuper qua non pi/ tio ſcri/
gebit prolyxius paulo ſermocinari. Quando pta.
maxime ea illuſtrata eſt pręconio Thucydidis /
Quem gręcum Saluſtium nõ inſcite nnncupa/ Thucidi
des

ueris . Siquidem is miseranter lachrymose insi/
gniter multaq; cum luce eam uastitatem explica
uit / cui utiq; credi conuenit utpote historica fi/
de rem sui Temporis scribenti / quam et ipse pas
sus est. et alios patientes intuitus.

Descrip/
tio pesti/
lētię

CVm obseruatum sit fere pestilētiam ut
auctor est Plinius a meridianis partib9
Proserpere / pestilitas hęc et tanti mali
Clades ueniens ex Ethiopia mox in Egyptum
Libyamq; descendens Tandem atticam inuasit
incubuitq; ciuitati athenarū Tam atrociter tā/
taq; uiolentia ut nusquam tantum funerum exi/
steret / et cum sępe uehementior uis morbi q̄ me
dicina sit Tūc medici omnes atq; medicamenta
morbo grassanti succubuere. imo plurimi me/
dentiū extinguebantur. Curatio omnis irrita/
uota in cassum suscepta. pręcationes auribus
Deorum surdis frustra ingerebantur. Primum
omnium capita feruore incensa/oculi suffusione
rubentes / lingua manans cruore/aures Tinnitu
sonorę / Vultus Toruus / crebra suspiria / Eaq;
cum graueolentia Dein sternutatio Raucitasq;
existebat / Mox Tussis anhela pectus atq; prę/
cordia concutiebat / singultus quoq; in quibus/
dā cito desinens quosdā diutius torquens. Cor
pora forisec9 subrubicūda ulceribusq; fędata / i/
trinsecus ita exestuabāt ut uelamēta uel tenuis/

ſima tolerare non poſſent. iucundiſſimum erat ī gelidam aquam ſeipſos nudatos īmergere. multi eſtus impatientes et ſitis in puteos ſemet prę/cipitarūt. Ad hęc accedebant inquietę continē teſq; uigilię / quas Plinius noſter īter mala uni/uerſi corporis pleriſq; eſſe autumat. Dira hęc lu/es intra ſeptimum aut nonum diem homines cō ficiebat et Ardore urente uitalia populabatur. nōnulli in genitalibus extremiſq; manibus ac pedibus uim morbi prorumpentē cruciabiliter ſenſere: Itaq; quidam cum membrorum illorū iactura atq; diſpendio liberati / Quidam etiam āmiſſis oculis in miſero cecitatis exitio ſuperſti/tes uixere. Illud cūprimis mirabile nec minus miſerabile / ꝙ quoſdam ex huiuſce teterimę pe/ſtilitatis uiolentia cępit obliuio rerum omnium

Vigilię ī ter mor/bos.

Quidam obliti ſunt neceſſarios / et quod acer/bius eſt ſe ipſos. Quod et Lucretius qui ex race/mis Thucydidis uindemiam ſibi facit et ex il/lius filis telam texit / elegantiſſime demonſtrat Cum ait.

Obliuio ex ui pe/ſtilētię.

Atq; etiam quoſdam cępere obliuia rerū
Cunctarū / neq; ſe poſſent cognoſcere ut ipſi.

Galenus

g Alenus quoq; in libro de accidenti et morbo huiuſce rei commeminit His Verbis / Thucidides in quodam ſuo

libro dixit qꝫ ex pestilentia pluribus hominib9 tanta fuit obliuio ut cognatos et amicos tra/derent obliuioni et etiam semet ipsos.

Item ĩ libro de uirtutibus naturalibus sic refert/ Thucydides ait multis contigisse ĩ pestilentia ut cognatos et semet ipsos ignorarent. Huic tam diro malo nullum salutare remedium excogita/ri poterat. Nam quod uni profuerat/hoc aliis e/rat exitio. Cateruatim dabant stragem passimqꝫ iacebant Cadauera hominum insepulta/Quę neqꝫ alites neqꝫ bestię attingerent. Quod siquę gustarunt ilico periere. Illud imprimis magno/pere miserandum atqꝫ erumnabile in tanta cla/de conspectum est. Quod ubi quisqꝫ se morbo uidebat implicitum Conscius langoris proti/nus salutem desperabat/et deficiens animo me/sto cum corde iacebat. Pestilentia auctore Ari/stotele pręcipue inuadit eos qui ad pestilentes homines propius accesserint/ et contagia mor/bi serpunt in proximos et maxime in eos/qui Cacexia idest malo corporis habitu sint. fit au/tem ut morbo cubantis ueluti quodam fomi/te succendente uitium illud protinus exultet atqꝫ ĩ aliis cõcipiatur. Hic Liui9 libro historiarũ xxv: sic enarrat. Postea curatio ipa Et cõtact9 ę/groꝝ uulgabat morbos/ut aut neglecti desertiqꝫ

Cõtagio pestilẽtię

Cacexia.

Liuius

qui incidiſſent morerentur/aut aſſidentes curan/teſq; eadē uis morbi repletos ſecū traheret/quo/tidianaq; funera et mors ob omniū oculos eēt/et undiq; dies nocteſq; ploratus audirētur. Hoc idem in hoc diro exitio Grȩcorum contigit ut inſtar ouium morerentur contagione inuulgati morbi ac tabe / dum officii cauſa aſſident mini/ſtrantq; languētibus/atq; ita ex aliis alios auidi contagia morbi occupare non ceſſabant / et fu/nera funeribus cumulabantur. ſicut enim gāgre/na ſerpit In corpore/Ita contagio ſerpebat in ci/uitate. obſeruatū eſt illud/neminē fere bis eodē genere morbi correptū. Itaq; qui ſemel impliciti peſtilitate euaſerant / hi prȩcipue laborātes mo/rienteſq; miſerabantur de ſe ipſis ſecuri/ſpē in po ſteꝝ p̄ſumētes / tāq̄ alio morbo abſūmi nō poſ/ſent / unde beati ob hoc ipſum cenſebantur. Tē/pla deoꝝ cadaueribus referta uiſebāt̃. multi ali/orum rogos occupantes ī his mortuos ſuos col/locabāt. quod luculenter exequitur Lucretius ſcribens.

Peſtilen/tia ut cā/cer.

Omnia deniq; ſancta deorum delubra replerat
Corporibus mors exanimis / cōſtrataq; paſſim
Cuncta cadaueribus celeſtū templa manebant.
Nāq; ſuos conſanguineos aliena rogorum
Inſuper extructa ingenti clamore locabant.

Hȩc eſt illa peſtilentia quȩ athenienſium ui/

res uehementer attriuit flore iuuentutis extin/
cto.propter quã populus Atheniensis factus est
infestior Pericli Olympio/eiq; tã atrocem cala/
Pericli ĩ/ mitatẽ referebat acceptam/tãq̃ ipse auctor fuisset
putata pe ut ex agris oẽs ĩ urbẽ cõmigrarẽt et ex ea collu/
stilentia. uiõe uis morbi cõflata gliscer̃ cępisset/ qđ et plu/
tarchus memorat. Inter causas pestilẽtię ut cõpe
Mutatio rior ẽ penuria alimẽtoꝝ uictusq; mutatio/ quod
uictus cã Cęsar dictator in cõmẽtariis belli ciuilis euidẽ/
pest. ter ostẽdit scribẽs Massiliẽses graui pestilẽtia cõ
flictatos eẽ ex uictus mutatiõe: nã cum adducti
essent ad summã rei ãnonarię inopiam ĩ diutina
obsidiõe alebãt̃ oẽs panico ueteri ordeoq; cor/
rupto.

Eterrũ cũ pleriq; morbi sint irremedia/
c biles citraq; curatiõem/ĩ hoc potissimũ
genere pestilẽtia esse creditur/tãq̃ id sit
malum nõ solum mortiferum sed etiam insana/
bile. attamẽ cum ĩ multis spõte cessauerit / plu/
resq; cõualescãt/ e re litteraria futurum cẽsemus/
tradere Quędã remedia/quę si nõ omnib9/mul
tis tamẽ possint esse salutaria / euícẽdi enim sunt
quamuis pestiferi morbi et exquisitis remediis
propulsandi: Quãq̃ differãt pro natura locorũ
Nõ eadẽ genera medicinę.et aliud sit opus ĩ Italia / aliud
oĩb9 opi/ ĩ gallia/aliud ĩ germania/Quãuis nõ eadẽ auxi/
tulari. lia oĩbus etiã ĩ similibus morbis queãt opitulari

ꝓpter multiformes uariasqꝫ corpoꝝ cóstitutiones. Quas grȩci κρασεισ/ nostri recétiores medici cóplexióes appellát. crasis có plexio.

Remedia.

Vmprimis salutare Remedium ē frugalitas atqꝫ sobrietas. Plinius noster īquit utilissimam eē ī cibis temperátiá. et Aesclepiades īter cóia morborum auxilia ꝓfessus ē saluberrimam eē abstinétiam modo cibi alias uini. hȩc autem remedia sibi quisqꝫ ꝑstare potest. Oratius quoqꝫ salutiferi medici uice ita ꝓclamat. Asclepiades. Frugalitas. Oratius.

Aspice núc tenuis uictus quȩ quátaqꝫ secum/
Afferat/ imprimis ualeas bene.

Ferút Socratem táta fuisse temperátia/ut oía fere uitȩ suȩ tépora ualitudine inoffensa uixerit/ qui ī illius etiá pestilétiȩ uastitate/quá paulo ante memorauim9/ dicit́ táta moderatióe usus eē/ ut ab oí uoluptatú labe cauerit et salubritaté corporis retinuerit/ut nequaq̄ fuerit cómúi omniú Cladi obnoxius. Idem utpote frugalitatis seruátissimus dicere solebat se bibere atqꝫ esse ut uiueret/cum multi Gulones et uentricolȩ/quorú deus uenter est/propterea uiuere uelint ut edant et bibát. Marcus Tullius non minus salubriter q̄ decéter prodidit ualitudiné bonam cóseruari cótinétia ī oí uictu:et ꝑtermittédis uoluptatib9. Scitú Socraticȩ frugalitatis. Gulones

Et profecto nihil sic sensuũ acumen operatur/ut
Io.Chri/ auctor ẽ Ioãnes chrysostomus/nihil sic egritu/
sostom9 dinẽ fugat/sicut moderata refectio. sufficientia
quippe cum nutrimẽto et sospitatem simul pro/
creat et uoluptatem. abũdantia uero morbũ fa/
cit/ et molestias ingerit/ Et egritudinẽ generat.
Nõne et Diuus Hieronymus non minus cor/
Hierony porum q̃ animoꝝ medicus salutaris ꝓdidit mor
mus. bos saturitate nimia cõcitari? Cuius p̃coniũ il/
lud in decretis Canonicis est inuulgatum/ quo
Dietę idest tenuissimi uictus et simplicis mensę
celebratur utilitas. sic enim ĩquit. legimus quos/
dam morbo articulari et podagrę humoribus la
Simplex borantes proscriptione bonorũ ad simplicẽ mẽ/
uictus sa sam et pauperes cibos redactos cõualuisse. Plini/
luberri/ us quoq; tradit simplicem cibũ esse homini uti/
mus. lissimum. Veꝝ non satis est uiuere frugaliter et
parce/ nisi etiam alimẽtis innocẽtioribus uesca/
Cacochy mur: Abstineamusq; a cacochymis et cacochy/
ma. lis/ sic enim cibaria mali succi noxiiq; humoris
Cacochy appellitant/ a quibus pręcipue abstinendum eẽ
la. p̃cipit Maximus medicorum Galenus. qui li/
bro περι τροφων idest de alimẽtis Secũdo cõ/
sulens tempãdum a cibariis cacochymis docet
queãdmodũ ea et si sint cõcoctiõis facilioris/ta/
men in uenis noxium humorem collectum diu
delitescere: Qui mox putrescens erũpat in pessi/

ma genera morborum. Idem in libro de febribus asserit in hominibus sanis causas egritudinum esse / ut utar uocabulo medicorum dietas malas / Idem in libro de cacochymia tradit pestilentiã prouenisse ex alimentis cacochymis / ex quibus impetigo et scabies et lepra ĩ corporib9 proserpere cęperint / nec non ulcera multifaria foetas proruperint / ut sunt herpete / Carbũculi / phagedenę / phlegmones aliaq; id genus perniciosa. Vulgo quoq; dici solet et credi ex rei frumẽtarie caritate pestilẽtiam gigni / propterea ꝙ egestosi et inopes alimentis frugum absumptis Cibaria quędam obscena pastu atq; Cacochyma fame urgente comesse coguntur / herbisq; et radicibus uesci / Ex quibus noxii humores maliq; succi uisceribus impliciti mox in oẽ genus morborum erumpunt / et imprimis pestilẽtiam gignunt. Remediũ quoq; pestilentię est soli cęliq; mutatio / Quod nõ solum hominib9 sed et brutis animãtibus mire auxiliať. Columella scribẽs de pecoris ouili medicina / mutandę inquit sunt regiones / quod in oĩbus morbis ac pestibus fieri debere cẽsemus. Idem inter remedia quę pestilẽtię adhibenda esse prescribit Cumprimis monet mutãdũ cęli statũ / et in plures partes distributo grege longinquas regiones eẽ petendas: atq; ita segregandos a sanis morbidos / ne quis interue/

Ex cacochymis pestilẽtia

Mutatio loci salubris.

niat qui contagione cęteros labefaciat / adeoq; efficax hoc remedium existimatur / ut non solū corporibus egrotis medeatur / sed etiam animis languentibus suppetias pręstet salutares. hinc in Decretis Canonicis scriptum est / Valet īterdum cōuersis pro salute animę mutatio loci. Plerūq; enim dum mutatur locus mutat' mētis affect9.

Religio p medela

INter remedia pestilentię mitigatoria ē et Religio / nā sicut ut ante docuimus / Ex ira dei pestilens lues oriri creditur / Ita credibile est eandem propitiato deo posse sedari. hoc remedio usi sunt ueteres Romani / q īgenti olim exorta pestilentia urente urbem atq; agros Esculapium ab Epidauro Romā accersendum euocandumq; censuerunt / quasi medicum deum / qui sub specie anguis in urbem cōmigrans aduentu suo tempestatē illam / qua Romana ciuitas triēnio continenti uexata fuerat / e uestigio dispulit / Et ut inquit Ouidius finē luctibus imposuit uenitq; salutifer urbi. iidem cū sępe graui pestilentia conflictarentur / nec uis morbi tabifici ullis humanis pręsidiis leuaretur Cōuertebantur ad opem diuinam atq; celestis irę placamina: Inter quę ludi maxime scenici īstituti dicuntur. Et pfecto primigenii illi priscią; Romani religione atq; una deorum cultura oēs gentes nationesq; superārūt.

Esculapius Salutifer

Hippocrates ille Archiatros/et ut uerius di/xerim/medicorum deus pestilentiam ex illyri/co peoniaq; ad grecos uenientem hoc remedio cohibuit/atq; hac curatione sedauit. nam iussit p totam ciuitatem accendi ignes floribus corona/mētisq; odoratissimis fragrātes Vnguētisq; sua/ueolentiam spirantibus pfusos: ut ita purior sin/cerior salubrior aer a spirantibus susum subdu/ceretur. huiusce rei meminit Galenus in libro de Theriace. Vbi id quoq; cōmemorat/quod aer pestifer ex respiratione haustus est hominib9 uelut deleterion hoc est uenenum. Plini9 quoq; transeunter hoc attigit/Cuius uerba ex libro xxxvi. subscribere operępretiū ē/quę sunt hęc/Est et ipsis ignibus medica uis. pestilentię quę solis obscuratione contrahitur/ignis suffitu multiformiter auxiliari certum est. Empedocles et Hippocrates id demonstrauere diuersis locis.

Medicína Hippocratis.

Idem Hippocrates altera quoq; medela seruauit multa oppida grecorum a pestilentia/obstructis uidelicet pestilentibus fenestris/ianuisq; pmutatis. atq; imisso nouis fenestris Aquilone/quē uētorum saluberrimū autumāt. Grecia ob hoc meritū tā pcellēs honores illos hippocrati decreuit/quos Herculi olī decreuerat. Cōsimiliter Varro Terēti9 ille undecūq; doctissim9/cū ī īsula corcyra oēs ferē dom9 replerę eēnt egrotis ac funerib9/

M. Varro.

obstruens fenestras hostiaq; permutans/nec non saluberrimum uentum Aquilonem nouis pate/factis fenestris īmittēs / familiā et Comites suos omnes reduxit incolumes.

S Cribit idem Plinius folia lauri olfactu ualere aduersus pestilētię contagia/ tā/toq; magis/si et urantur: hinc olim Cō/modus Romanus Imperator cum ingens pesti/lētia Italiam uniuersam occupasset/inq; Roma/nam ciuitatem uehementius Grassaretur / Lau/rētū seccessisse traditur: Vbi Laureta pmulta ui/sebantur. Siquidem periti medicinę asserebant plurimum pollere odores laurorū amœnāq; opa citatē ad propulsandam aeris cōtagionē. Pleriq; unguētis suauissimis nares opplebant suffituq; et odoramētis assidue utebantur/tāq̄ meatus sen suum illis odoribus occupati neq; admittāt aera Tabificū Et si admiserint / tamen eum maiore quasi ui longe exuperari. ut auctor est Herodia/nus. huius pestilentię mentio quoq; fit a Gale/no ī libris de potestate simplicium pharmacoꝝ:

Laureta cōtra pe/stilētiam Exēplū cōmodi. Imp.

Apollonius ille Tyaneus Pithagoricus phi/losophus/Quo nihil sanctius/nihil uenerabilius nihil diuinius ethnici Crediderūt: quē mortuis uitam reddidisse et multa perinde ac deum mira cula fecisse cōmemorant/ephesios olim pestilen/tia laborātes hoc ueluti alexipharmaco liberauit

Vocatis in concionem ephesiis ostendit in theatro senem quēdam sentū squalentēq; ac pānosū Iubens ut lapidibus illum insectarentur/qui lapidare hominē tāto studio cęperunt/ut breui tempusculo magno lapidū cumulo cooptus obrueret. Paulo mox lapides auferri iussit/ut quid interemissent agnoscerēt. Quo ut p̄ceperat facto ille quidē quem se saxis obruisse crediderāt nusq̄ cōparuit/canis autē ꝓ homine cōspectus est uasta atq; enormi magnitudine/spumam ab ore euomēs. Et hęc fuit expiatio qua ephesios Apollonius expiauit lueq; tabifica liberauit. Creditū est senem illum fuisse cacodemonē pestilētię cōciliatorem / uel potius ipsum monstrū morbūq; portētosum.

Canis ꝓ homine.

Hercules ille lustrator orbis Domitorq; ferarum/Cui ob admirationem uirtutis diuinos honores gręci decreuerūt/olim heleos a pestilentia liberauit obstruēs obturāsq; euaporatiōes / quę e terra pestiferę emanabant. quem gręcia alexicacon cognomento colit quasi opitulatorem ac malorum depulsorem.

Hercules Alexicacos.

Democritus Abderites ille Gelasinus cognominatus/cui cuncta mortalium negocia Ridenda eē uidebant/Municipes suos abderitas quondam a pestilentia liberasse fertur sciētię medicamēto. Tanta est doctrinarū uis tantaq; occasio.

Democrit9 Gelasinus.

Empedocles. Cõſimiliter Empedoclẽ Agrigẽtinũ qui ex cõ/cordia atq; diſcordia dicebat cũcta cõſtare/Sele/nũcios Siciliȩ populos. pestilẽtia piclitãtes exorta ex ꝓpinqui fluminis fetore ac graueolentia li/beraſſe tradũt: qui aquas ſalubres in aquas illas fluuiales peſtilẽtes imiſit infuditq;: ex eaq; mi/xtura factũ ẽ ut aquȩ uitioſȩ dulceſcerẽt fierẽtq; innocẽtiores: atq; ita ſedata peſtilẽtia ſelenũcii tanti beneficii memores Empedocli perinde ac deo diuinos honores decreuerũt/Qui etiam de/mõſtrauit auxiliari peſtilẽtiȩ ignis quoq; ſuffi/tu/ut pliniana auctoritate Docuim9. Scribit di/uus Auguſtinus/ut id quoq; attingã/olim locu/ſtaꝝ nubẽ ineſtimabilẽ in mare decidiſſe/quib9 mortuis redditisq; littoribus/atq; hinc aere cor/rupto tãtã exortã eſſe peſtilẽtiam/ut ĩ Africa in ſolo regno Maſiniſſȩ octingenta milia hominũ perierint. Tũc uticȩ ex triginta milibus uirorũ decem tãtũ hoĩnes ſupſtites uixiſſe cõfirmat.

Verũ anteq̃ diſertatio iſta cludat᷑/nefas eſſe arbitror preterire remedia illa aduerſus peſtilentiam cõmunia/quȩ a medicis et ĩprimis a Cor. Celſo cõmemorant᷑/oportet ĩ peſtilẽtia peregrinari ge/ſtari/ambulare ſub dio ante eſtũ leniter/uitare fa/tigationẽ/cruditatẽ/frigus/calorem libinẽ. Item uitãdum eſt balneũ. ſudor/meridianus ſomnus/Tunc cibus ſemel die cõmodius aſſumitur ĩſu/

per etiam modicus ne cruditatem moueat.

Autumat Plinius ſenes minime ſentire peſti-lentiã. quod qdẽ ĩ uniuerſum et/ut dici ſolet pla tice/ueridico oraculo dictũ ẽ/nõ ut ad amuſſim reuocet. Sicut cũ dicim9 mille naues iſſe ad Tro-iã numerus millenarius nõ fuit exactus/et cẽtũ-uirale eẽ iudiciũ Romę. ſic ergo loquutus ẽ Pli-nius ut ĩtelligi uellet id quod crebro et magna ex pte fit. ut ſcilicet ſenes peſtilẽtia nõ ĩfeſtentur. ſunt enĩ frigẽtis naturę/quę uix ui peſtiferi mor-bi calorifica atq; feruẽte regelari põt. Itidẽ Hip-pocrates dicit id quod frequẽter fieri ſolet nõ id quod rarenter accidit. Interdum enim cõtingit ut ſenes quoq; peſtilentia moriantur/ſicut cõti-git Furio Camillo/quẽ ſenio longo cõfectũ exa-ctaq; Etate extĩctũ eẽ peſtilẽtia Liuius Plutar-chuſq; notificant.

Senes nõ ſentire pe ſtilentiã.

Camill9 mortuus peſtilẽtia

Galenus Alexipharmacũ aduerſus peſtilẽtiã efficaciſſimũ eẽ dmõſtrat theriacen/quę ĩſtar pur gatorii igniſ emũdet eos et expurget/q peſtilẽtię graſſantis tẽporib9 eius potiõe recreent muniã-turq; aduerſus uiolẽtiã peſtilẽtẽ/ ut nullaten9 ab hoc malo tẽtari queãt. Palladius uinũ ſalutarẽ cõ tra peſtilẽtiã qd et ſtomacho pſit/ſic fieri iub3. In optimi muſti metreta una ãteq̃ ferueat abſinthii tũſi octo uncias lĩteo ĩuolutas dimittis/exactis xl. dieb9 curabis auferri/id uinũ lagenis cõdis et uteris.

Theriace

Vinũ cõ tra peſti-lentiam.

E Terręmotu et pestilētia hactenus dictū sit: nunc quoniam Galeni frequens mētio facta est: nō erit alienum quędā subtexere: quę partim mendosa partim obscura in libris nobilissimi medicorū dep̄hensa corrigerē et illustrare fuerit operępretium: ut ita studiosis tāti scriptoris quodam quasi adminiculū p̄beamus: sitq; id uelut huius opusculi auctariū. Hęc autē tā̄q apud aures eruditiores compendiaria īterpretatione percurrā nullo seruato ordine: nec enim historia scribitur: sed indigeste et indistincte Annotamenta ista cōdidimus: prout ex memorie prōptuario res queq; deprompta sese offerebat. Et ne morosior sit prologus q̄ interpretatio hinc ordiemur.

Crasis cōplexio Cōstitutio.

Galenus in micro techni bona inqt Crasis hoc ē cōstitutio: ut dicerē didicimus A maioribus nostris: siue cōplexio corporis: ut corrigimur a recētioribus medicis: ea ē ut regula polycleti. Itē ī libro de optima Cōpositione corporis: Corpus īquit bene cōpositū tale est qualis polycleti regula existere dicebatᷣ. Itē in primo cōplexionū laudat regulam polycleti: Quāuis in codicibus impressis fere semper polycretus legatur. Queri solet a studiosis quę sit ista regula Polycleti: Cuius tā frequens mentio est apud Galenū. medici recētiores non paꝝ multi

Regula policleti.

opinant̄ polycletū fuiſſe medicū ſeculo priſco/q quādā quaſi regulā legēq; poſteritati tradiderit/ ad quā perinde ac ſcopon et ſignū dirigenda eēt cōplexio corporū ac uita uictuſq; mortaliū. Ta/ le autē interp̄tamentum q̄ ridiculum ſit et nuga/ torium nemo nō bene litteratus agnoſcit. Sed omiſſa aliena inſectatiōe/quod ſemp̱ a moribus meis et libellis lōge abfuit/ inſtitutū propoſitū candido ſtilo exequamur.

Polycletus ſicyonius īter ſtatuarios ſiue ſigni/ fices nobilitatus fecit ſtatuā Aeneā adeo abſolu tā cōſumatāq;/ut artifices id ſimulacrū Cano/ na appellauerint liniamēta artis ex eo petentes/ Velut a lege quadā: Canon enim grę̨ce regula ē. auctor Plinius in.xxxiiii.hinc Galenus ſcitiſſi/ me exigit dilaudatq; cōplexionē ſiue conſtitu/ tionem corporis Ex omni parte perfectā: ſicuti erat Canon polycleti. Quo ueluti Archetypo et lege ac regula uſi ſunt poſteri artifices ſtatuarū: Fuerat autem fidi interpretis officiū nō aliter in/ terpretari/ q̄ ut gr̨eco uocabulo canon polycleti diceret̄: qui dū uoluit ꝓ Canone polycleti regu/ lā dicere/diſceſſit a regula et lege bene īterp̄tādi.

Signifex polycle/ tus.

Canon polycleti

IN libro de ſequela anim̨e ad corpus. In ab/ ditis inq̄t imprudētes multi/ Tales athenis pau ci. locū mēdoſum ſic emēda. In abderitis īpru/ dētes multi: Nāq; abderit̨e populi ſunt Thracįe

Abderit̨e Stolidi

ſtolidi et inſipiẽtes ſeculo priſco iudicati. Quod et Victruuius docet ĩ ſeptimo /a quo dictũ ẽ/ui/ deam⁹ ne apaturii ſcena efficiat et nos alabãdos aut abderitas/hoc ẽ fatuos et inſipiẽtes ac mẽtis excordes. hinc epigrãmatiſta ſignificare uolens brutũ inſenſatum et neuo ſtoliditatis ĩfectũ de/center inquit/abderitanę pectora plebis habes. Quinetiã. M. Tullius quadã ad atticũ epiſtola taxãs cõſiliũ Põpeii tãq̃ ĩſipiẽs et ĩcõſultũ mordaciter dixit/Id eſt αβδηριτικον/ueluti uox ꝓuerbialis ſit abderiticon ꝓ fatuo ĩprouido et inſulſo. ad hęc cũ Democritus ille magnus mirãdusq; philoſophus fuerit abderites/ Gẽituſq; ſit ſapientiſſimus ĩ patria ĩſipiẽtiũ/merito et ſcite dixit Satyrographus ĩ ipſius Democriti laudẽ/cuius prudẽtia mõſtrat ſummoſ poſſe uiros et magna exẽpla daturos ueruecũ ĩ patria craſſoq; ſub aere naſci. nõ lõge diſſimile ẽ illud Apuleianum ex apologetico/apđ ſocordiſſimos ſcythas Anacharſis ſapiẽs natus ẽ. Apud Atheniẽſes Catos melecides fatuus.

Abderiticon.

Sapiẽs apud inſipientes

In ſexto de interioribus ſic ſcriptũ ẽ/ Quẽdã uidi miniſtrũ regis cuius officiũ erat Tyrũ cape quodã tẽpore morſum a tyro fuiſſe: Quẽ iuſſi tyriacã accipe/qua ſumpta factus ẽ boni coloris / q mutatus fuerat ĩ praſinũ : Itẽ in tertio / animalia frigidiora ꝑ hyemẽ ꝓꝑ aeris frigiditatem ueluti

mortua pmanēt/similiter Tyri q si manibus ca/
p̄ antꝛ minime mordēt. Itē ī estate uidem9 Ty/
ros et maxīe ī canicularibꝫ diebus rabiosos. hoc
potissimū ī loco corrigēdus ē error publicus opi
nātiū Tyrū dici specialiter aīal quodā/cui9 mor
sus sint uenenati/a quo tyriaca quoqꝫ noīata sit.
Quoꝝ opinionē refellere ītereſt uitę/cū ad rē me
dicā maxīe ptineat. tyrus/quatenus loquimur
de aīali nec gręca nec latina dictio ē. uerū θηρ a
gręcis generali uocabulo fera/και τα θηρια ferę
noīnantꝛ et bestię: quo noīe ut īqt Suidas ea ma/
xime significantꝛ/quę morsu nocēt/ut sunt ui/
perę/serpētes et phalangia. sic enim uocāt arane/
os quosdā/quoꝝ morsus est asperrimus. Gale/
nus ppe peculiariter appellatiōe θηρων uipas ui/
detꝛ accipe/Vnde et theriace nūcupata/sic enī et
scribēdū et pnūciādū ē. nec nō θηρεσ hoc ē the/
res nō tyri legēdū. est aūt theriace nobile illud ac
celebratū medicamētū ex eo dicta/quod medetꝛ
morsibus των θηρων. i. uipaꝝ. auxiliaturqꝫ cō/
tra uenena bestiaꝝ. uel qđ ex carnibus θηρων. i.
uiparū cōficitꝛ. Quod et ipē Galenus euidenter
ostēdit Docēs theriaces cōpositionē. Siqdē a ca/
pite et a cauda θηροσ. i. uipę qterni digiti āputātꝛ/
mēbrana detrahitꝛ/et una cū adipe ītestīa quoqꝫ
eximuntꝛ: reliquū corpus ī aqua dulci cū sale et
anetho coqtꝛ: mox pāe similaginis purgatissimę

Error publicus de Tyro.

θηρ.

θηρια.

Phalāgia

Theriace Vnde.

cōmixto in umbra seruantur: fiuntq; Trochisci medico effectu ad plura malorum genera mirabiles. Estq; hoc pharmacū ut greci uocitant αλεξιτηριον σωτηριον και αλεξικακον. i. auxiliatorium salutare atq; malorum discussorium. Plini9 noster nec id omisit: quid enim illi omissum est? Qui quos Galenus cęteriq; medici Trochiscos uocant ipse pastillos appellat/ Cuius uerba ex libro undetrigesimo subiiciam quę sunt hęc. Fiunt et ex Vipera pastilli/ Qui Theriaci uocantur quaternis digitis utrinq; Amputatis/ exēptisq; interaneis et liuore spinę adherente/ reliquo corpore ī patina ex aqua et anetho discocto/ spinisq; exemptis et addita similagine/ atq; sic in umbra siccatis pastillis: quibus ad multa medicamenta utuntur: idem alibi tradit quosdam uiperis uti ī cibis quas quatuor digitorū mensura utrinq; p̄cisa exemptisq; interaneis discoquūt in aqua aut oleo sale et Anetho. Antonius musa augusti Cęsaris medicus cum incidisset insanabilia ulcera Viperas edendas dabat/ miraq; celeritate p sanabat. Quoniā autē diximus a gręcis p̄cipueq; a Galeno pharmacon salutare crebro nominari alexiterion/ sic quoq; e diuerso ab eodē sepissime dicit' Deleterion hoc ē δηλητηριον/ quod pniciale ē atq; mortiferū: quale gręcis quoq; uocib9 ut docet Iulius pollux appellat' ολεθριον και θανασιμον.

Trochisci pastilli

Antoni9 musa.

Deleterion.

Iuli9 pollux.

lbro tertio de Alimentis inſcitiſſime
l peccat interpres/qui dum uerbũ ex uer
bo conatur exprimere /et uerba obſcu/
rauit et ſenſum. Quodq; uno uocabulo. latino
planiſſime atq; elegãtiſſime dici poterat/ Id im/
plicauit inſulſo barbaricoq; interpretamento. ſic
enim ait. In ſelachiis mollem carnem habẽt ſtu/
por et turtur. Itẽ mox paulo / maxíe hoc exiſtit
in ſtuporibus ut duriores ſint in mediis partib9.
Quod genus piſciũ Galenus cęteriq; gręci ſcrip
tores appellant ναρκην/id interpres inepte nimis Narce
uertit in ſtuporẽ/propterea ꝙ gręce ναρκη dicitur
ſtupor. Vnde narcotica dicta medicamẽta/Qui/
bus utimur in ſectione mẽbrorum quaſi ſtupo / Narcoti/
rem inducentibus/ut citra ſenſum cruciatus fiat ca.
ſectio. Sed ſi latine loqui uoluiſſet torpedinẽ di/
cere debuerat. Namq; a Plinio noſtro et cęteris
Torpedo nominatur hic piſcis / Cuius eſt pecu/ Torpedo
liaris illa potentia/ut ſi uirga tãgat́ etiam procul narce.
et e longinquo lacertos quãuis pręualidos Tor/
peſcere faciat. Et pedes quãlibet ad curſum uelo
ces alligare tradatur: aura uidelicet quadam ſui
corporis et odore hunc torporem afferẽte. Quin
etiã piſces torpedini adnatantes obtorpeſcunt/
quos illa mox corripit. Cui9 iecori teneritas nul
la p̃ferť. Pręterea cũ apud gręcos τρύγων turtur Trygon
uoceť/interp̃s τρυγωνα uertit ĩ turturẽ. ego pa/ paſtinaca

ſtinacā dixiſſem ſequutus Plinium/qui ſic ſcri/
bit in nono. Sed nullū uſq̄ execrabilius q̄ radius
ſup caudā eminēs Trygonis quā noſtri paſtina/
cam appellāt:qui arbores ī fixus radici necat/ar/
ma ut Telum pforat. Idem ī. xxxii. refert nihil
in mari uenenatius eſſe paſtinaca. Hinc letalis et
mortifera dicit̄ ſcire ab Auſonio ſcribēte / leta/
Ambro/ liſq; Trygon moleſq; plateſſę: Ambroſius tamē
ſius ī ex/ adminiculum quaſi quodam pręber interpreti
hamero. Galeni/q et ipē hūc piſcē turturē appellat ſic ſcri
Aculeus bens ī quinto Exhameri. Quid loquar turturis
turturis. aculeū et hūc mortuę/ſicut enī uipereos qs calca
uerit renes. dū taxat/grauiusq̄ uenenum nocere
phibetur/et ī medicabile uulnus ſerpere: ita etiā
turtur aculeo ſuo mortua ampliusq̄ uiua piculi
afferre memoratur. Quod autem Galenus in ſe/
Selachia lachiis numerat torpedinē et paſtinacā ſcito ſela/
chia gręco uocabulo dici quędā genera piſcium
quę noſtri cartilaginata īterptant̄. Oīa autē hęc
ſunt carnoſiora/et cū cęteri piſces ſint ouipari. i.
Ouiparū oua pariāt/hoc genus ē uiuipaꝝ hoc ē animal pa
Viuipaꝝ rit / Excepta ea quā ranam uocāt. Primus Ari/
ſtoteles hoc nomen impoſuit huiuſcemodi piſci
bus. Ideo autem σελαχη Selachia nominant̄
qa noctu ſplendicāt / quaſi σελασ εχουσι Ideſt
ſplēdorem habeant. Quidam autumāt ſelachia

appellari ex eo qđ lepidas λεπιδας idest squã-
mas non habeant, siquidem id genus piscium
squãmis caret. hoc sensit suidas scribens σελα-
χια οσα λεπιδα ουκ εχει. Idest selachia esse
quęcũq; squãmam non habẽt, ut sunt inquit
ναρκη και τρυγων ουδε ωοτοκει. Idest Torpe-
do et pastinaca, neq; ouipara sunt.

IN libris de interiorib⁹ minutulus qui-
dẽ ẽ error, sed quẽ aures dolatorio eru-
ditionis tersioris leuigatę ferre non pos-
sint. nam sepicule leges gomorea poni pro go-
norhoea, sicut apud ecclesiasticos irroborauit mẽ-
da consimilis, apud quos Gomorei leguntur, q
Gonorhoei sunt appellandi. Est autẽ Gonorho- Gonor-
ea, ut ipso nomine ostẽditur, fluxura genitură si- hoea.
ue spermatis, et gonorhoei dicũtur semine flu- Gonor-
entes. Videlicet hi, quibus sponte genitura fluit hoei
quod morbi genus anceps est et periculosum
atq; plerumq; mortiferum, nisi citissime succur-
ratur. Gonorhei ex Religione iudeorum ut do-
cet Iosippus itemq; leprosi arcebantur a templo.
Consimiliter apud Galenum inter genera ar-
borum ponuntur Dictione mendosa modo
Alcadres modo acacrades, cum utrobique le-
gendum sit Achrades. sunt autem Achrades

Ex genere pirorum / de quibus Dioſcorides in prĩo ſic refert ηδε αχρασ. ειδοσ εστιν αγριου

Dioſcorides.

απιου βραδεωσ πεπαινομενη. Ideſt achras ſpecies eſt piri ſilueſtris ſero matureſcẽs: Vim hãbet aſtrictoriã et ut idem tradit in ſexto εξ ξυλου αχραδινου Ideſt ex ligno piri achrados mirabile remedium eſt aduerſus uenena fungorum: Columella quoq; achrados piri meminit libro de cultu hortorum illo uerſu / achrados aut pruni lapidoſis obruta pomis Gaudet. Illud utiq; dignum memoratu quod Plutarchus refert in problematis / pueros argiuorum quodam feſto p iocũ ſeſe βαλλαχραδασ appellitare uiciſſim ſolitos: Tãq̃ achradibus piris aliti nutritiq; prĩo fuerint. Siquidẽ ferunt achrades primum gręcis in peloponeſo fuiſſe cognitas: cũ pelopone-

Apia pelopõeſus

ſus ob id apia diceretur. απιοσ enim gręce pirus dicit᷑. Vnde apii achradeſ mutato nomine appellati ſunt. Plinius quoq; tradit peloponeſum ante Apian appellatam: nec hoc quidem p̃termittẽdum eſt quod gręci ſcriptores litteris prodiderũt. Thraſibulus q̃ cõtradicere debebat lacedemoniis oblitis induciarũ et amicitię / mox mu-

Exẽplũ thraſibuli.

neribus corruptus ſimulauit ſe comediſſe αχραδασ hoc ẽ pira ſilueſtria / Et propterea nihil loqui poſſe. dixit enim αχρασ επεχει την γαστεραν Ideſt achras cõtinet uẽtrem.

X his minutulis in Galeno mendis et illa sunt/hyporemia et Gesoria.et apor gi et ydrophorbia: p hypenemia/et zephyria/et apogei/et hydrophobia.quę singillatī explicāda sunt/ut pro uirili parte succurram9 studiosę iuuētuti. Hypenemia dicuntur gręco uocabulo oua/quę aues aliquot sine coitu masculi progignunt.latine una dictione haud quāq̄ infeliciter subuētanea appellant̄. Albertus magnus Doctior q̄ elegantior oua uenti nūcupat:ex uēto enim putāt ea generari / qua de causa etiā zephyria nominānt̄/quoniā zephyro flāte/quē nostri fauoniū uocāt/p uer maxīe fiūt:quo etiā maritantur cūcta ex terra uiuiscētia : Hęc autē oua hypenemia/ut docet Plinius in decimo/irrita st̄ et sterilia et minora ac minus iucundi saporis et magis humida.et ut auctor est Aristoteles in sexto de aīālibus pariunt Genus id oui plures Aues /ut Gallinę perdices .Colūbę pauones/Anseres.chenalopeces, Cōcipiunt autē ea fœminę mutua inter se libidinis imaginatione. Idem ait Zephyria nominari Eo quod uerno tēpore flatus illos fecūdos ex zephyro:qui ut diximus fauonius dicit̄ a nostris:recipere uideant̄. Sed iam preuertamur ad apogeos.q sunt uenti e terra cōsurgentes / Vnde et nomen. Nam si uerbum latinū uerbo gręco reddere uolueris/iterpretari po/

Hypenemia Oua Subuētanea. zephyria Apogei.

teris ab terraneos:qui/ut Plinii uerbis utar/cū e mari redeunt Tropei uocant̄.si pergūt apogei. de his Aristoteles Copiose et subtiliter differit quęrēs libro ꝓblematū decimo septimo/Cur tropei uenti quos uersarios interpretant̄ de mari spirare soleāt:quos ait apogeis esse cōtrarios. Tropeus tāq̄ reuersio apogei ē. supeſt hydrophobia quę latine dici pōt aquę metus/quā Galenus ꝑniciosissimā egritudinū esse testat̄. Dioscorides libro septīo παθοσ υδροφοβικον appellat. Idq̄ʒ cum spasmo et rubore totius corporis maxīe totius oris dicit accidere/fit aūt ex morsu canis rabiosi ꝑ estus pręcipue caniculares:quę gręca dictiōe cynocaumata nūcupant̄.hoīnibꝰ ita morsis/ut īquit Plinius ī octauo/letalis ē aquę metꝰ idē ī.xx.nono hydrophouos appellat ipos homines potū aquę expauescētes ex morsu rabidi canis. Quod miserimū morbi genus ē ut īquit Cor.Celsus:In quo simul eger et siti et aquę metu cruciat̄.Quidā hoc morbo affecti Gallinaceos se esse credentes canūt. In canis rabidi morsu Tueť a pauore aquę capitis canini cinis illitus uulneri. De hac hydrophobia intelligi uoluerūt duo nobiles poetę sulmonēsis et cordubensis.

Tropei. Hydrophobia. cynocaumata. Hydrophoui Ouidius

Quorū alter ait/tollere Nodosam nescit medicina podagram.

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Alter in sexto pharsalię canit.
Non spuma canū quibus unda timori est. Lucanus
De hydrophobia et nos copiose opinor ac diligenter Annotamenta confecimus in Apuleianis commentariis.

IN decimo περι απλων idest de simplicibus capite de uelleribꝰ sic scriptū uulgo legit̃. utilitas prouenit ex uelleribus pp ysopū. Itē lota uellera nec detinētia ysopū. tu corrige et sinceriter lege, oesypū siue esopon, Q̄d est medicamentū ex sordibus lanę ouillę Cum pīguitudīe cōfectū. sed quomō id fiat docet copiose Plinius, Cuius uerba subscripsi Ex uigesimo nono, Quę sunt hęc. Quin ipsę sordes pecudū sudorq; feminum et alarū adherentes lanis, Oesipon uocāt, inumeros ꝓpe usus habēt. In atticis Ouibus genito palma. fit pluribꝰ modis, sed ꝓbatissimū lana ab his ptibꝰ recēti cōcerpta aut qbuscūq; sordibꝰ, succidis primū collectis, ac lēto igni ī ęneo uase subferuefactis et refrigeratis: piguiq; q̄d sup natat collecto ī fictili uase, Iterūq; decota prioī materia, quę pīguitudo utraq; frigida aq̄ lauat̃, et ī līteo siccat̃ ac sole torret̃, Dōec cādida fiat ac trāslucida. Tū ī stagnea pyxide cōdit̃, ꝓbatio aūt ut sordiū uirꝰ oleat et manu fricāte ex aq̄ nō liquet̃, sed albescat ut cerusa, oculis utilissimū Erosis et duris gēis, āgulis scabrosis Oesypū quid. Plinius

Et lachrymātib9: ulcera nō oculoꝶ modo sanat sed oris ēt et genitaliū Cū anserino adipe: Hęc Plinius/q cū sit uberrimus poetaꝶ cōmētator et griphoꝶ explicator/imittit lucē uersibꝫ Nasonis alioq subobscuris/quos hic subiiciā ex libro terᐟ tio de arte amandi.

Locus Ouidii

Esopa quid redolēt quāuis mittanť athenis/
Demptus ab īmūdę uellere succus ouis.

Item in primo de Remedio.

Pyxidas inuenies et rerum mille colores/
Et fluere in tepidos Esopa lapsa sinus.

Ab oue aūt dictū est oesypū quā gręci οιμ uocāt quasi οιοσ ρυπ ομ idest ouis sordes.

Dioscorides

Dioscorides et ipse ī secūdo Vbertim expliᐟ cat quō fiat Aesypū: Quod ut ipsius uerbis utar λεγεται εκτωμ υσυπηρωμ εριωμ λιπ οσ.i.diciť pinguedo ex lanis succidis.

IN libro de tenuāte dicta frequēs mētio ē ypotrimatū/et quodā loco ait/uti freᐟ quēter huiusmodi ypotrimatibus iuᐟ bebā: medici recētiores sicut īfinita alia ita hoc quoqꝫ tā nesciūt q̄ scire cōtēnūt. sunt aūt ypotrīᐟ mata et trimata non magno sane discrimine disᐟ sociata. siquidem ut gręce diciť τριμμα εστιμ διαρωματωμ πωμα.i.trimma est potio ex aromatibus cōcinata. ypotrima uero obsoniū ē ex dactylis palmaꝶ et melle aliisqꝫ quibusdam

Ypotrimmata Trimata quid.

cōdimētis. Aristophanes βλεπτων υποτριμ/
μα Fiūt ypotrimmata ex Turdis et perdicibus
et eiusmodi auib9 scitissimi saporis. Apici9 ypo/
trima ī gñe cōdimētario pōit sic fieri docēs/pip
ligusticū mentā aridā nucleos pineos uuā passā
cariotā caseū dulcē mel acerū liquamen uinum
oleū defrutū misces. ligusticū ut obiter Apicia/ Ligusti/
nus uerbū explicē/herba ē hortēsis:a liguria ap/ cū qd
pellatū/ubi gignit᷑ laudatissimū. De quo Plini9
libro undeuigesimo/ligusticū siluestre ē ī ligu/
riȩ suȩ mōtibus serit᷑:ubiq; suauius satiuū/sed si
ne uiribus/panacen aliqui uocant. nulla fere con
ditura fit sine ligustici cōdimētis apud Apiciū/
in cuius mētionē quoniā aliud agētes transeū/
ter īcidimus/nō erit ab re litteraria enarrare qd sit
apud eūdē crebra mētio copadiaꝝ/qua ī re hallu
cinant᷑ eruditi. scito copadias siue copaidas dici copaides
anguillas a copaide lacu boeotiȩ ī quo anguillȩ
magnȩ gignūtur/auctor Suidas:docet idē Api/
cius patinā de apua cōdiri. scito Apuā quoq; pi/ Apua
scē eē/quē grȩci αφυεν uocāt/Quia ex hibri na/
scitur. qui grȩco uocabulo dicit᷑ αφυη. paroimia
idest puerbium apud grȩcos celebratur αφυα ες αφυα ες
πυρ idest apua in ignen de his quȩ citissime πυρ.
Terminantur. Constat enim aphyan ocissime
percoqui / immo ut grȩci dicunt ιδουσα το

πυρ μονον εψεται idest spectans ignem tan-
tum coquitur. Consimile est illud Augusti,
Celerius q̃ asparagi coquantur: Plinius tradit
Garū quod liquoris gen⁹ ē cōfici cępisse ex inu
tili pisciculo minimoq;/apuā īquit nostri aphy/
en gręci uocāt/quoniā is pisciculus e pluuia na-
scitur. Aristophanes ενικωσ idest singulariter di
xit aphyan. uerū ī frequēti gręcoꝝ uiu ē ut πλη
Exēplū θυντικωσ dicat̃. olī Nicomedē cupido cępit e/
Nicome dendi aphyas/sed cū esset ī mediterraneo ꝓcul a
dis. mari/nec ob id res eēt ī prōptu/Apicius ad leni-
Cōmētū endā Regis appetētiā Id cōmētus ē. Rapa stu-
Apicii. diose pręparauit secans in frusta/adeo solerter
et scite ut aphyas imitari ac representare uide-
retur. Coxitq; in oleo infundens salem/ papa-
uer īspergens: et ita soluit desiderium illud regis
Nicomedis.

In libris qui meri īscribuntur/quibus mēbra-
tim medicina decurrit/frequens mētio ē Croco
magnetis dictione adulterata et subdititia. nā le/
gendū semp est Crocomagmatis: ē aūt Croco-
Croco- magma ut īterp̃tatur. Cor. Celsus/quasi croci re/
magma. cremētū et fex: quod in malagmatis aliisq; me-
Dioscori dicamētis est efficacissimū. Et ut auctor ē Dios
des. corides Δυναμιν εχει σμηκτικην των επισκο
τουντων ταισ κοραισ ουρεκτικην μαλακτικην

πεπτικην θερμαντικην. Idem tradit Croco/
magma fieri ex unguēto crocino/de quo Plini9
noster hęc ī uigesimo secūdo. Collyrio uni no/
men dedit ex eo quoq; expsso unguēto crocino
quod Crocomagma appellant.

Idem pluribus in locis mentionē facit lapi/
dis heraclii : sed ubiq; perperā legitur/modo he/
radius modo heraclitus. est autē lapis heraclius
magnes in celebri gręcoꝝ prouerbio/a quibus di
citur ηρακλεια λιθοσ. heraclius lapis de his / qui
ad se omnes trahūt:ut magnes trahit ferrum. uo
catur autem heraclius ab heraclia ciuitate lydię/
uel ut alii tradunt / Magnesię:ubi laudatissimus
Magnes gignitur/unde et nomen. Quod et Lu
cretius euidenter ostendit his uersibus.

Lapis heraclius.

Quem magneta uocāt patrio de nomīe Graii/
Magnetum quia sit patriis in mōtibus ortus.

Magnes unde.

Plinius sentit ab inuentore armentario inditum
magneti nomen. Magnes inquit appellatus est
ab inuentore. sideritin quoq; quia tenet ferrū ap/
pellāt. nam gręce σιδηροσ dicitur ferrū. Idem
Plinius ait Et a quibusdam lapidem heraclium
nuncupari /ęthiopicoq; laudem summam dari/
pondusq; argento rependi .hinc illud Silii di/
gnum memoratu.

Sideritis

Sili9 Italicus.

Venere ęthiopes /gens haud īcognita nilo

Qui magneta ſecant. ſolis honor ille metalli
Intactum Chalibem uicino ducere ſaxo.

a Pud eundem multifariam et quaſi ſaltuatim atq; ex interuallo occurrunt errores prope infiniti uocabulorum: Ex quibus inſignia quędam maximeq; notabilia operępretium ſit attigiſſe. omnia enim quis poſſit? Cum prope ſint inexplicabilia et iuſto uolumine enarranda/in Iſagogico hoc eſt introductorio uirtutes ſiue potentię quatuor naturales mendoſis dictionibus percenſentur. nam ponitur celtica ꝑ elctica ελκτικη ideſt attractoria. Catelica pro Cathectica καθεκτικη Ideſt retentatrix. Allete pro αλλοιωτικη Ideſt digerens. apropitica pro apocritica αποκριτικη Ideſt expultrix/Vulgo attractiuam retentiuam digeſtiuam Expulſiuam appellitant. In libro de ſectis/ Quē quidam Plutarcho aſſignant/ Diaſcorion legitur pro Diaſcorodon. hoc eſt medicamentum ex alliis. gręci enim το σκοροδον allium uocāt. και το σκοροδιον allii purgamentum. noſtri ſicut Columella et Plinius inter pulmentaria Ruſtica celebrant Aphroſcorodon quod eſt genus allii grandioris incrementi/quod quidam Vlpicum uocant. De quo Plautus/ Plenior es Vlpici q̄ Romani Remiges.

Virtutes naturales

Diaſcorodon.

Vlpicum

In eodem libro de sectis Diacrosimos dictio fu/ tilis et ridicula ponitur ꝑ Diacrõmyon/quo si/ gnificat̃ medicamẽtũ ex cepis. nã το κρομμυ/ Diacrõ/ ον greci cepã uocãt. hĩc ꝓuerbiũ celebre est κρομ/ myon. μυα εσθιειν.i.cepas comesse ꝓ eo quod ẽ iubeo κρομμυα te flere. Altera quoq; παροιμια.i. prouerbiũ grę εσθιειν. corũ ẽ κρομμυων οσφραινεσθαι.i. cępas olfa/ cere. de his qui flent. ferunt alyattẽ lydię Regẽ olim misisse nũcium ad Biantẽ philosophũ unũ ex septẽ Sapiẽtibus: ut ad se celeriter ueniret/qui dixit. εγω κελευω αλλυαττη κρομμυα εσθιειν Idest iubeo alyatti cępas comedere/Quod sym/ bolicos signat illi plorãdũ eẽ. Apud eundẽ Ca/ chosia legit̃ ꝑ cacexia/quę dictio significat ma/ lã corporis habitudinẽ. Cor. Celsus in secundo/ Cacexia. Malus corporis habitus/ cacexiã gręci appellãt/ Vnde et cachectici dicti/quorũ corpus macie cõ Cachecti ficit̃. Quoꝝ meminit Et Plinius noster in trige/ ci. simo secũdo. E diuerso Euexia dicit̃ bonus cor/ Euexia poris habitus/Et euectici q sunt corpore bene ha bito ualẽtissimaq; corporis cõstitutiõe roborati.

In tertio Meri perperã legit̃/ad ozenam ĩ suf/ fla per symponẽ/tu corrige p siphonẽ. sunt enim siphones fistulę υποκοριστικωσ siphũculi. Q̃d Siphones hoc ĩ loco ꝑcipit medicamẽtũ adhibẽdũ esse per siphonẽ ad ozenã/quod morbi fetẽtis nomẽ est Ozena. in naribus/Alio ĩ loco dixit pharmacũ suffla per

ſyríga ideſt p ſiphonē ſiue fiſtulã. Quę gręco uocabulo συριγξ noiat̃. Plinius quēdã calamũ uocari tradit ſyringiã/quia utiliſſimus ſit fiſtulis faciendis: Qui totus cõcauus ē/nihilq; habet ītus Cartilaginis. Idē ī. xxxii. na. hiſtorię ſcribēs de ſãguiſugis īqt/ergo ſugētia ora forficib9 p̄cidũt ac ueluti ſiphonibus defluit ſanguis: Itē ī ſecundo/aqua terrę põdere expreſſa ſiphonũ modo emicat. p̄cipit. Cor. Celſus his qui tarde cõcoquunt et qui noctu ſitire cõſueuerunt/ut p ſiphonē bibant hoc eſt ut ipſe met edocet / per tenuem fiſtulam: Ex hac tranſlatione decenter exiit illud Satyricum in fęminarum obſcenitates mordaciſſimum / effigiemq; Deę longis ſiphonibus implent.

Syringia

Cor. Celſus. per ſiphonē bibendum

In libello de uinis ſcaturiũt mēdę in nominibus uinoꝝ generoſoꝝ/ſiqdē falarinũ legit̃ p falernũ/aniſinũ p aruiſiũ: de quo Virgilius/uina nouũ fundã calathis aruiſia nectar. Galarianũ p gauranũ: Ercubũ p cecubũ. Gleſteos/ideſt mixtũ p gleucos ideſt muſtũ. et enĩ gręci τo γλευκοσ muſtũ uocant/unde quodã uini genus mediũ īter dulcia aigleuces appellãt ideſt ſemp muſtũ / Cuius et Plini9 meminit/Columella quoq; oleum gleucinũ prędicat quod fit p uindemiam mixtura olei et muſti recētiſſimi una cum condimentis aromatum.

Gleucos

gleucinũ oleum.

Eunumerare nemo poſſet q̄ ſępe apud Gale/
num Diſnia et ortomia legat̃ ꝑ dyſpnoea et or/
thopnoea utrūq; uitiū in ſpirādi difficultate cō/ Dyſpno/
ſiſtit/ et inde nomē:modica eſt dyſpnoea neq; ex ea.
toto ſtrāgulat/cū uero eger ſpirare niſi recta cerui Orthop/
ce nō pōt/tūc appellat̃ orthopnoea.hīc dyſpnoi/ noea
ci et orthopnoici dicti talibus morbis obnoxii.
ſuſpitioſos noſtri uocitāt/et ipſum morbū ſuſpi/ Suſpiriū
riū/quo cū uexaret̃ Seneca ſatis apte inquit dici
ſuſpiriū pōt / aitq; decenter hoc ualitudinis ge/
nus eſſe animam agere.

Idem ait in libro de motibꝫ.incurrat Siriaſin Satyria/
Tu lege Satyriaſin/ē aūt ſatyriaſis cōcitatio im/ ſis.
modica libidinis/ Quā et Satyrion uocant:quā
Dioſcorides tradit et priapiſcon appellari. Hinc Priapi/
herbę Satyrio eſt nomē quę facit apperētiam ue ſcos
neris /habetq; hanc uim cōcitatricem.recētiores
medici et interpretes Auicēnę priapiſmum uo/
cant:Poſſes etiā non īſcite ſiriaſin legere/ Quo/ Siriaſis
niam ſiriaſis morbus ē infantiū et quędā quaſi
Exuſtio/uel ut alii autumant diſtillatio/de qua
Plinius.xxxii.Siriaſis infantium ſpongia frigi/
da Cerebro humefacto rana inuerſa ad alliga/
ta efficaciſſime ſanat.Nomē inditū eſt uel a ſirio
ſtella ī ore caniculę feruētiſſima/uel a Siris cauer/
nis:Quia circa cerebri Cauernas fiat īflāmatio.
ego tamē exiſtimo hoc ī loco Galeni nō ſiriaſin

legẽdũ eſſe/ſed ſatyriaſin/prout docuim9: E oq;
magis/quod ĩ eodẽ loco poſt Paulo ait Satyria/
ſin fieri ĩ pueris ex aſpectu puellę.qđ nimirũ re/
ferendũ ẽ ad rei uenerię cõcitationem.

q Voniã paulo ante ĩcidimus ĩ mẽtionẽ
Auicẽnę ĩter medicos celeberrimi/corri
gamus apud eũdẽ q̃ſi trãſeũter dictio/
nẽ ĩſcitiſſimã charonia/quę dictio cũ futilis ſit et
nihili/ꝓ ea ſubſtitueṣ Chirõia/ſunt aũt Chirõia
ulcera inſanabilia/nõ tã ex eo dicta/ꝗ chiron ea
Chironia ſanauerit/q̃ ꝗ paſſus ſit. Fuit quidẽ chiron ĩ me/
dicina p̃ſtãtiſſim9/ut pote q herbariã et medica/
mẽtariam ĩuenerit: a quo cẽtaurion et chironion
Chiron. herbę cognominant̃. Hic olim cũ Herculẽ ſuſce
piſſet hoſpitio atq; arma herculanea ptractaret/ſa
gitta excidit in pedẽ/ex quo uulnere factũ ẽ ul/
cus inſanabile atq; ita obiit mortẽ. Vnde ꝓuer/
χειρω/ μιον ελκοσ. biũ χειρωμιον ελκοσ.i.chironiũ ulcus de ulceri/
bus inſanabilibus. Plinius in.xxv.autumat chi/
ronem ex eo ſagittę herculeę uulnere cõualuiſſe/
Curatũq; eẽ herba cẽtaurio: quã aliq ob id chirõ
niũ uocauere. Ouidi9 ĩ faſtis memorat Chironẽ
occubuiſſe ex ictu ſagittę/ quę erat ĩfecta lerneę
ſanguĩe echidnę/et ita receptũ ĩ cęlũ factũ eẽ ſa/
gittariũ: inibiq; cõmeminit hiſtorię his uerſib9.

Dũq; ſenex tractat ſqualẽtia tela uenenis
Excidit/et leuo fixa ſagitta pede eſt/

Ingemuit Chiron traxitq; a corpore ferrum
Et gemit alcides hemoniusq; puer.

Enarremus id quoq;/quid sit apud eundẽ Aui/cẽnnam lutum sigillatũ/quod in codicibus Ga/leni dicit terra sigillata/cuius tã frequẽs mẽtio ẽ apud utrũq; tã multiplex usus ĩ medicamẽtis/tã efficax uis in antidotis. quę in medicina tã p̃cla/ra res habet :Scito igitur eẽ quãdã speciẽ rubri/cę/quã terrã lẽniam uocãt colore minio ꝓximã· Quę in ĩsula Lẽno nascebat/unde et nomen/ Multũ antiquis celebrata ut ĩqt Plinius ĩ.xxxv. Venũdabat hęc nõ nisi signata/unde et sphragi/dem appellauere. σφραγισ enim gręce dicit si/gillũ siue signaculũ .hic interpretes Auicẽnę lu/tum sigillatũ/interpretes Galeni terrã sigillatam pa℞ feliciter uerterũt. Cur aũt dicat Plinius si/gnatã hanc rubricam lẽniam uenũdari solitã/nõ erit abre id fusius explicare/ut trib9 pariter scrip/torib9 Galeno Auicẽnę Plinio una opera opem ferã/et tenebricosis locis lumen infundã :ĩ ĩsula lẽno sacerdos Dianę rubricã terrã ex antro quo/dã effossã reuerẽter post pacta sacrificia deportat ĩ urbẽ/eãq; aqua admixta pĩguẽ ac lutosã efficiẽs Vbi ẽ diligẽter cõcinata signo Dianę sacro obsi

Lutũ si/gillatum

Terra si/gillata.

Lẽnia

Sphragis
Vnde

ſphragida uocari. Galenus libro nono ſimpliciũ memorat ſe ſphragidis huiuſce noſcẽdę cã naui/gaſſe ĩ ĩſulã lẽnõ/qua ĩ re ſequur9 ẽ ueſtigia ma/gnoꝝ phõꝝ:q diſcẽdi cã luſtrabãt orbẽ terraꝝ/pe nitiſſimaſq; atq; ignotiſſimas gẽtes penetrabãt. ſicut tẽporibus priſcis Pythagoras empedocles Democrit9 et Plato ad magiã diſcẽdã nauigaue re pegriatiõib9 ſuſceptis. quã reuerſi pdicauerũt atq; ĩ arcanis habuerũt. cõſimiliter Apolloni9 tyaneus gymnoſophiſtas ĩdoꝝ/phõs ęthiopũ/ſacerdotes ęgyptioꝝ acceſſit et inſpexit et collocutus ẽ. nã ut ĩqt ueriſſime Seneca/hoĩni tãdiu diſcẽdũ ẽ q̃ diu neſciat ĩmo q̃diu uiuat. et ut canũt muſę grecoꝝ ουδεν γλυκητερον η. παν ειδεναι/ Q đ ſignificat nil dulcius eẽ q̃ cũcta nouiſſe. hoĩes. n. natura ſcire deſiderãt/ĩſituſq; mortalibus ẽ amor cognitiõis/et ſitis q̃dã ĩexplebilis nõ tã magna q̃ noua diſcẽdi. Galenus ergo cũ eẽt/ut nemo nõ nouit/erudítiſſimus ac polyhiſtor. i. multiſcius rerũq; maxĩe ad medicinã ptinẽtiũ peculiariter curioſus/merito cõſtituit lẽnon ĩuiſere/ut qđ di/dicerat ex mutis ut aiũt magiſtris/id p̃ſens uide/ret/cõtẽplareturq; ſphragida hoc ẽ rubricã lẽniã ſigillatã. Cuius ĩ medicina mirabiles ſũt effect9/ Lemion phragis p lẽnia ſphragis mendoſe fere ſemp legit̃ apud eundẽ. Occurrat fortaſſis hoc ĩ loco medicoꝝ caterua dicentiũ. Quid opus ẽ tã

Cã diſcẽ/di pere/griatiões

ſolerter tãq; curioſe uerba ĩ Galeno ꝑpendere: nã
ſcire medicinã ſicuti leges ē nõ uerba tenere ſed
uim ac poteſtatẽ: Pręterea egrotus nõ tã diſertũ
medicũ q̃rit q̃ ſalutarẽ/nec ut elegãtior ſit ĩ loq̃n
do q̃ medendo. ſcio nec ĩficior nõ tã elegãtiã uer
boꝝ q̃ ſciẽtiã medicamẽtoꝝ ĩ medico eẽ ſpectã/
dã/ſcio ipſum Galenũ ſexcentis ĩ locis ꝓclamarẽ
ſe de uerbis nõ magnopere eſſe ſollicitũ/et medi/
co rẽ curę eſſe oportere nõ noĩa. Sed uos iterro/
go medici qui nõ eſtis Galeno cõparãdi / q nec Ad medi
ſententias excellentiſſimi ſcriptoris nec uerba ꝑci cos.
pitis: quomõ emplaſtra/malagmata/cerata / pa/
ſtillos. medicamẽta ſalubriter ↄficietis? ſi res illas
Ignoratis ex quibus cõficiant̃: ſi uerba non in/
telligitis/quibus res ipſę ſignificant̃/quę rerum
cauſa reperta ſunt. Veꝝ ſicut ĩdecorũ eſt iuriſcõ/
ſulto ius in quo uerſet̃ Ignorare: Ita medico tur/
pe eſſe cenſemus ĩ rebus ad medicinã pertinẽti/
bus hallucinari. Et quia dicũt ad põdera rerum
penetrandũ eẽ/non ad uerboꝝ amœnitates diuer
ſitandum/et ſanguinem ac medullã ſententiarũ
eſſe introſpiciendã: omiſſa cute corticeq; uerbo/
rum/ego hercle nõ diſpicio quomodo ſanguis
et medulla interior introſpici poſſit / niſi cutis et

cesse est ut uerborum corticē ante perumpat: nec interiora pandunt̃ / nisi exteriora ante patescant / Et nulla profecto ars curiosius cautius uigilantius homini discenda tractãda emeditanda est / q̃ medicina. Quoniã nulla est periculosior: Siqdē in hac agit̃ salus hominũ et uita / Qua nihil est ꝑtiosius nihil mortalibus carius. adeo blanda ē spirandi uiuendiq; dulcedo. Suppudet scribere / scribam tamen / utarq; aliena lingua ut omnē effugiã criminationē. Medici / de malis loquor et impitis / discũt / ut Plinii uerbis utar / periculis nostris / Et experimenta per mortes agũt. et animas nostras negociantur. et cum nulla sit lex quę pũiat ĩsciciã capitalē / medico tãtũ hoīnē occidisse sũma ĩpunitas ē. Id aũt potissimũ euenit ex ignoratiõe reꝝ medicaꝝ / Vñ fit ut idē̃tidē potionē mortiferã ꝓpinēt ꝓ salutifera: ut ꝓ cĩnabari / quę fit ꝑmixto draconis et elephãti sãguīe ĩ antidotis medicamētisq; utilissima / utant̃ minio: Cui cĩnabari ē nomē. Q đ uenenũ eē q̃s dubitat? Veꝝ ne uidear op9 cēsoriũ obiurgãdis medicoꝝ noxis intēpestiue suscepisse / regrediar ad ĩstituti opis Executionē: quo mēdę ex libris Galeni tollunt̃ / tortuosa corrigũt̃ / obscura illuminãt̃: qua ĩ mētiõe subit illud ex libro ꝓgnosticoꝝ Elãdea legi ꝓ hellada. i. gręciã / de qua Plinius / ab isthmi angustiis hellas ĩcipit a nostris gręcia appellata:

Expimē ta ꝑ mortes agũt.

Itē ypater ī eodē mēdose dicit̃ ꝓ ypatos Ideſt cō ſul. et Euparcus urbis pro eparchus ideſt p̄fectus urbis.

Itē ī libro de partibꝯ medicę artis cirocomica ſępe noīat̃ ꝓ gerocomia. i. medicina ſenū / ſicut pedoſica ꝓ pederotrophica. i. medicina et alimē/tis puerorū: Et pedotribus ꝓ pedotriues. Qui ē magiſter exercitatiōis et exercitator agilitatis in pueris / Cuius apud Ariſtotelē Plutarchū Iuliū Pollucem ſcriptores omnis ē mētio: meminit et Plato ī libro de philoſophia / apud quem in Gorgia inquit Socrates / pedotriuis opus eſſe corpo/ra hoīum formoſa robuſtaq; reddere. legimꝰ Ciceronē cū eēt ualitudinarius et cacoſtomachos dediſſe opā pedotriuę. atq; ita corpus robuſtiꝰ firmiuſq; feciſſe / ambulatio inqt ē opatio ſcelei / et particulę ī ſceleis ſūt. Expone āmbulatio ē opatio crurū / et ī cruribꝯ ſūt particulę. Gręci enī τα σκελη. crura appellāt uocabulo notiſſimo. ſed hoc ī loco dictio ē neq; uere gręca neq; Romana / ſed plane adulterina atq; abſurda: ſępe noīat epſima ſitiū cicronē. quę dictiōes neq; hellēiſmon neq; latinitatē bene redolēt / cū epſema et σειριον et ci/ceon legēdū ſit. ē aūt epſema greco uocabulo id

Pedotri/ues.

Plato.

Cacoſto/machos Tullius

Epſema.

xime attici σειριον quoq; appellát/de quo Dios/corides sic refert. και ο καθεψομενου του γλευκους σειριος και εψημα καλουμενος. Ideſt decocto muſto fit ſirios/quod et epſema uocát. Pręterea gręci σειριον appellát decoctū ficoꝝ ſiccarū et ꝑpiguiū/qđ ĩ medẽdo habꝫ uĩ diſcutiẽdi et abſtergẽdi. Cyceon uero genus ẽ potiõis/cui9 mẽtionẽ copioſá facit Homer9 ĩ undecima Iliados Rhapſodia/ſcribẽs quẽadmodū puella nõĩę ecameda ꝑparauit potionẽ/quã ciceonẽ uocát/. Cui uinū pránīū caprinū caſeū una cū farina cãdida cõmiſcuit/atq; ita ꝑparatá Neſtori et Machaoni ſiti cõfectis ꝓpinauit. Eaq; potiõe oẽm ſitim penit9 ſedauit. De cyceone ait Suidas. κυκεων πομα εκ διαφορων μιγματων κιρναμενον. Cyceõ ẽ potio ex diuerſis mixturis tẽperata. Apud eũdẽ ſępe leges/opū cyricū ꝑperá ſcribi/ꝓ opon cyrenaicon/quo uocabulo ſignificat͛ laſer/q ẽ ſuccus laſerpitii ſiue ſilphii magnificus ĩ uſu medicamentiſq;/et ut auctor ẽ Plini9: Laſer e Silphio ꝓfluẽs ĩter eximia ẽ naturę dona nūeratū. Ideo aūt opos cyrenaicos appellat͛ qa ĩ cyrenaica ꝓuincia clariſſimus ẽ. Dioſcorides οπον κυρηναικον noĩat/cuius meminit et Palladius in tertio.

Cyceon.

Opos cyrenaicos.

In noĩnib9 arboꝝ frugū. oleꝝ. reꝝq; metallicaꝝ mẽdę ĩnumerę cõſpiciunt͛/et noĩa deprauata ac maculoſa ſcaturiūt/ad q̃ repurgãda op9 foret iuſto uolumĩe. Qđ ſi uita ſuppeteret/et deus uotis ac fata ſubſcripſerit/ex nr̃a aliqñ officina fabrefactū

expolitūq; ꝓmet̄/una cū appēdicibꝰ ad legalē do
ctrinā ꝑtinētibꝰ:ut uno uolumīe ꝓſiꝫ medicīę et
iuris ciuilis ſciētię ſtudioſis. hoc. n. mihi ꝓpe unū
ꝓpoſitū ē/hic/ſcopos / hoc ſignū / ut ꝓ uirili ꝑte
foueā īſtituāq; tirocinia adoleſcētuloꝶ:ut ī re lra/
ria titubātibꝰ fulcimēta ſuppeditē/ut deniq; imi/
ter Democritū/quē nimio iuuādi mōtaleſ ſtudio
īterdū ꝓlapſū ferūt. malo. n. derrare nō nūq̄/ et īci
der̄ ī culpā ut ego ſētio ignoſcibilē/ q̄ diutino ſe/
neſcer̄ ſilētio et funeſto ueterno torpeſcer̄. eqdē ex
caſtris oratoriis ī medicoꝶ et iuriſcōſultoꝶ atq;
phōꝶ caſtra ſubīde me cōfero:nō tñ ut trāſfuga
ſed ut explorator. Nolo qdē eē medicꝰ ut Hippo
crates/nō tñ exꝑs medicīę/qua ſalus cōtinet̄. no/
lo eē iuriſcōſultꝰ ut Scęuola/nō tñ penitꝰ explo
ſus a ꝯtubernio iuriſcōſultoꝶ: Nolo eē phūs ut
Plato/nō tñ oīo alienꝰ a ſecta phōꝶ et ſchola. hęc
aūt ſi penitꝰ ītroſpicer̄ nō licet/ſaltē a limīe ſalu/ A limine
to/et ut celeberrimi ſcriptores dixere / magnę rei Saluto.
q̄tulūcūq; poſſedens fuiſſe ꝑticipē/nō minima ē
gloria/et ſatiꝰ ē plura ſtudioꝶ gña nouiſſe medio
criter/ſi nō poſſis unū aliqd īſigniter. Sed ne ex/ Plura me
tra cācellos īſtituti opis Euaget̄ oīo/iā inhibēdi diocriter
ſt̄ remi/et uela cōplicāda ac portꝰ petēdus. iā ex/

ꝓbat̃ tuiq; similibꝰ bene ē, nulla fit operę īpēsęq; iactura. pluris enī facio uni⁹ eruditi laudationē q̄ sexcētoꝝ male litteratoꝝ uituparionē. De⁹ optimus Maxīus te sospitē atq; florētē ī diururna fęlicitate cōseruet. Viuas ualeasq; Beroaldi tui memor.

Eiusdem endecasyllabon ad Libellū.

Sunt fratres tibi plurimi Libelle
Omnes legitimi probi pudici:
Quorum quisq; suos habet patronos
Claros Stemmate, nobilesq; censu.
Quorum pręsidio nihil timentes
Florent et uolitāt per eruditos:
Sed tu quem tibi uindicem libelle
Sacro de grege quem paras patronum?
Erasmum eligis? optio est beata.
Nam quis doctior hoc benigniorq;?
Quis pręstantior elegantiorq;?
Qui morum probitate perpolitus
Inter pontifices episcoposq;
Instar sideris emtet decori.
I. iam curriculo ad tuum patronum
Quo sub uindice nec grauem Catonem
Narem aut Rhinocero ticam timebis.

FINIS.

Impressum Bononię p Benedictū Bibliopolam
Bononiēsem. Anno Dñi. M. D V. Idibus Maii.